Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Arii disputatio execranda et in omnibus repudianda - Cod. Aug. perg. 149

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [1. Hälfte 9. Jh.]

urn:nbn:de:bsz:31-42022

Visual Library



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Aug. CXLIX

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Aug. CXLIX

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

hic sunt tres libri sancti augustini

hec. ¶ eorum precedenti disputacioni ¶ ite alius disputacioni maximini ¶ ite secundus res iam postulat

¶ ite altercatio heraclani et firmiani

m.

Contra maximi anu arrianorum epm

ARRII · DISPUTATIO · EXCRANDA · ET IN OMNIBUS · REPUDIANDA ·

I DNS noster ihs xps ds unigenitus primogenitus totius creationis ·

II Voluntate di et patris sui ante omnia saecula constitutus ·

III Voluntate et precepto ipsius caelestia et terrestria · Visibilia et invisibilia · Corpora · et sps ex nullis extantibus ut essent sua virtute fecit ··

IIII Et ante quam faceret universa omnium futurorum ds et dns · Rex et creator eta constitutus et omnium futurorum in natura habens prescientia · et in faciendo in omnibus expectans patris iussionem · Ipse voluntate et precepto patris descendit de celo et venit in hunc mundum sicut ipse ait · Non enim a me ipso veni sed ille me misit ··

V Et quia de omnibus spiritalibus et rationabilibus gradibus propter infirmitatem et fragilitatem corporis ·· Paulo minus ab angelis inferior minoratus homo videbatur · ne se ulterius speraret et de salute sua desperaret dns ihs honoravit factura suam dignatus e humanam carnem suscipere · et ostendere quia non est homo vilis sed preciosus sicut scriptum e · Magnus homo et preciosus vir · et ideo solum hominem patri suo heredem · Si vero eum coheredem facere dignatus e · Ut quod minus acceperat in natura plus haberet in honore ··

VI Cum inquit venit plenitudo temporis · misit ds filium suum natum ex muliere · Ipse qui voluntate patris carnem suscepit ipse et voluntate et precepto eius in corpore conversatus est sicut ipse ait · Descendi de celo non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui me misit · ipse et voluntate patris triginta annorum ~~ubi~~ baptizatus e voce et testimonio patris manifestatus · Voluntate et precepto patris euangelium regni celorum predicabat · sicut ipse ait · Et aliis ciuitatibus oportet me euangelium predicare in hoc enim missus sum · et ipse mihi mãdatum dedit · Quid dicam aut quid loquar · et sic voluntate et precepto patris ad passionem et mortem properavit sicut ipse ait · Pater transeat iste calix a me · Non tamen quod ego volo sed quod tu vis · et apostolo adserente et dicente · Obodiens inquit factus patri usq; ad mortem mortem autem crucis ·

VII Et in cruce pendens voluntate et pcepto patris · carnem humanam quã de sca virgine maria suscepit in manus hominum dereliquit · et diuinitatem suam in manus patris commendavit dicens · Pater in manus tuas commendo spm meum quia maria morituram

lib augie mãlor 15 ·

G.B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

corpus peperit. ds autem inmortalis inmortalē filiū genuit. ergo mors xpi nondeminu
tio ē diuinitatis sed depositio. sicut enim generatio eius ex uirgine nonfuit corruptio dealita
tis ipsius sed susceptio corporis. ita et inmorte ipsius nonfuit passio et defectio dealitatis
ipsius sed separatio carnis eius. sicut enim qui indumentum conscindit induto facit iniuriā.
ita et qui carnem ipsius crucifixerunt diuinitati ipsius contumeliā intulerunt.

VIII Is qui uoluntate et precepto patris totam dispensationem adimpleuit. uoluntate
et p̄cepto patris corpus suum amortuis suscitauit. et cum ipso corpore ut pastor
cum oue. et sacerdos cum oblatione. et rex cum purpura. et ds cum templo patre
adsumptus ē in gloriā

VIIII Is qui uoluntate patris descendit et ascendit. uoluntate et p̄cepto patris sedit ad
teram eius audiens patrem sibi dicentem sede ad dexteram meam. donec ponam inimi
cos tuos scabellum pedum tuorum. Is qui uoluntate et precepto patris c̄ sedit ad dexte
ram eius. Is uoluntate et precepto patris in consumatione seculi uenturus est.
Apostolo uociferante et dicente. et ipse inquit dn̄s in iussu in uoce archangeli
et in tuba dī descendet de caelo. Is qui uoluntate et precepto patris uenit. uo
luntate et precepto patris iudicaturus ē totum mundum in equitate et
redditurus singulis secundum fidem et opera sua. sicut ipse ait. Pater iu
dicat neminem sed omne iudium filio dedit. item sicuti audio iudico et iudi
cium meum uerum ē. Quia non quero uoluntatem meam sed uoluntatem eius
qui me misit. unde et in iudicando patris presentiam preponit et suam diuinā
dignitatem et potestatem secundam post ponit dicens. uenite benedicti pa
tris. ergo iustus iudex ē filius. iudicantis uero honorat auctoritas patris im
periales leges. sicut et sp̄s sc̄i officiosa aduocatio. et consolatio unigeniti dī
iusti iudicis ē dignitas.

X Filius a patre ē genitus sp̄s sc̄s per filium ē factus.

XI Filius patrem predicat. sp̄s sc̄s filium adnuntiat.

XII Primum et precipuum opus ē filii genitoris gloriam reuelare. primum
opus ē sp̄s sc̄i in animas hominum xp̄i dignitatem manifestare.

XIII. Filius testis ē patris. sp̄s testis ē filii. filius mittit̄ a patre sp̄s mittitur a filio.

XIIII. Filius minister est patris sp̄s sc̄s minister ē filii

XV. Filio iubetur a patre sp̄ui sc̄o iubetur a filio

XVI. Filius subditus ē patri sp̄s sc̄s subditus ē filio.

XVII. Filius quę iubet pater haec operat̄. sp̄s sc̄s quae mandat filius haec loquitur.

XVIII. Filius adorat et honorat patrē. sp̄s adorat et honorat filium ipso filio dicente. pater ego te honorificaui super terram opus qd̄ dedisti mihi consummaui.

XVIIII. Et de sp̄u sc̄o ait ille me honorificauit quia de meo accipiet et adnuntiabit uobis.

XX. Filius a se non potest facere quicquam sed in omnibus patris expectat nutum.

XXI. Sp̄s a se non loquitur sed in omnibus xp̄i expectat preceptum non inquid a se loquitur sed quaecumq; audierit loquit̄ et uentura adnuntiabit uobis.

XXII. Filius pro nobis interpellat patrem sp̄s pro nobis po[illegible]ulat filium.

XXIII. Totius bonitatis et sapientiae et uirtutis patris uiua et uera propria et condigna imago ē filius.

XXIIII. Totius sapientiae et uirtutis filii manifestatio ē sp̄s sc̄s

XXV. Non ē pars nec portio patris filius sed proprius et dilectissimus. perfectus et plenus unigenitus filius. uniuersis.

XXVI. Non ē pars nec portio filii sp̄s. sed primum et precipuum opus unigeniti dī preceteris

XXVII. Pater maior ē filio suo

XXVIII. Filius incomparabiliter maior et melior ē sp̄ui sc̄o.

XXVIIII. Pater d̄s et d̄ns d̄s ē filio suo

XXX Filius d̄s et d̄ns ē sp̄ui sc̄o

XXXI Pater inmortaliter et inpassibiliter uolens filum genuit. filius sine labore et fatigatione sola uirtute sua sp̄m fecit.

XXXII Filius ut sacerdos adorat d̄m suū. et ab omnibus adoratur ut d̄s et creator omnium pater uero solus nullum adorat. quia nec maiorem nec aequalem habet quem adoret nulli gratias agit quia nullius beneficium consecutus ē. omnibus ut essent. ob bonitatem suam donauit ipse quod ē a nemine accepit

ergo haec trium substantiarum patris et filii et sp̄s sc̄i distinctio · et trium rerum
d̄i ingeniti et d̄i unigeniti et sp̄s aduocati differentia · et pater d̄s et d̄ns ē filio suo
et omnium quae per uirtutem filii uoluntate ipsius facta sunt · filius minister
et summus sacerdos ē patris sui · omnium uero operum suorum d̄s et d̄ns ē patre uolente.

xxxiii Et sicuti nemo potest sine filio ad patrem transire ita et nemo potest sine sp̄u
sc̄o filium in ueritate adorare ergo in sp̄u sc̄o adoretur filius.

xxxiiii Per filium glorificatur pater

xxxv Sp̄s sc̄i opus et diligentia ē sc̄ificare et sc̄os custodire et non solum rationabilia
ut quidam putant · sed et irrationabilia plura sc̄ificare et eos qui ceciderunt propter
suam negligentiam ad pristinum statum reparare · ignorantes docere obliuiscentes ad
monere · Peccantes arguere pigros ortari de salute sua cogitare et sollicite agere · erran
tes ad uiam ueritatis deducere Infirmos curare et fragilitatem corporis per alacritatem
animę continere · et ad amorem pietatis et castitatis confirmare et omnes inluminare
Super omnia fidem et caritatem prebet singulis pro studio quoq; et diligentia pro sin
ceritate et simplicitate mentis · pro mensura fidei merito conuersationis gratiam adu
tilitatem diuidere et unusquisq; in quo opere et proposito fuerit habilis in ipso ordinare.

xxxvi Alium esse a filio et natura et ordine gradu et affectu dignitate et potestate
uirtute et operatione sicuti et filius natura et ordine gradu et affectu diuina dig
nitate et potestate unigenitus d̄s · alius ē ab ingenito d̄o.

xxxvii Inpossibile ergo unum eundemq; esse patrem · et filium generantem et nascentē
cui testimonium perhibetur · et eum qui testimonium perhibet · maiorem
et eum qui maiorem confitetur · eum qui ad dexteram sedet et statet eum
qui sedis dedit honorem · eum qui missus ē · et eum qui misit · nec discipulum doc
torem ut ipse docuit dicens · sicuti docuit me pater sic loquor · similem et imita
torem cuius ē similis et imitator · et eum qui orat ei qui exaudit et eum qui gratias
agit · ei qui benedicit eum qui suscipit mandatum et eum qui dedit manda
tum et ministrum precipienti · supplici eminenti subditum superiori · primo
genitum sempiterno unigenitum ingenito sacerdotem d̄o unū atq; eundem esse.

xxxviii. Sed et ds sine principio prescius erat se unigeniti di pueri sui patrem futurum
dm autem se futurum numquam presciuit quia ingenitus ē. et numquam cepit
nec prescire nec scire. Quid ē autem prescientia nisi futurorum scientia. pater autem
generando filium ab ipso filio ē nuncupatus et ipso reuelante ab omnibus xpianis
ds et pater unigeniti di ē cognitus et magno maior et bono melior ē manifestus.
xxviiii. Et quia. OMOYSIANI. dicunt saluatorem nrm humilitatis gratia haec omnia
de patris presentia. et de sua subiectione esse locutum. nos uero xpiani credimus patre
imperante et filio obtemperante. haec omnia esse eum locutum. dicimus et proba
mus quod heretici ex suis dictis arguuntur et rephenduntur. si enim se humiliauit
ipsa humilitas eius obedientiam ostendit ipsa uero oboedientia alium super eminen
tem. alium subsistentem et subiectum declarat. Sicut ait apostolus. humiliauit se
oboediens factus patri usq ad mortem. et ipsa humilitas eius ueritas ē non falsitas.
quis enim uel quando sapiens contentus ē sed humiliare nisi habeat maiorem et me
liorem. cui festinet per humilitatem placere. et ego inquit quae placita sunt ei
facio semper. Semel enim ante omnia secula. uoluntate di natus ad uoluntatem ip
sius omnia operatur si autem se humiliauit et mentitus ē quod absit et si ueritas
mentitur quod inpossibile ē. ubi quis quaerat ueritatem. sed ueritas nec mentit
nec ueriatur. Quia ad hoc uenit ut ueritatem doceret. qui non ē ignorantie
doctor. sed ueritatis magister ut ipse dixit. nolite uocare magistros uobis sup
terram. unus ē enim magister uester xps. si autem dixerint quia propter in
carnationem suam humilians se super terram propter homines hec loquebat.
ostendamus illis maiora et firmiora esse illa testimonia quae de subiectione filii
in scriptura sunt posita de his quae in euangelio aguntur. si enim propter homi
nes supra terram se humiliabat et non ut oboediens et subiectus filius con incorpora
bili dilectione et gratiarum actione patri suo obsequebatur. quia quantum sublimis
ē in potestate tantum humilis ē in obsequio ante quam carnem susciperet quare iussus
obaudiuit et modo sedens ad dexteram di interpellat pro nobis et in corpore constitu
tus super terram. In celo se patrem rogaturum promittebat dicens et ego rogo

patrem meum et alium aduocatum dabit uobis. et si adhuc In his omnibus prop
ter duritiam et cecitatem cordis sui credere noluerint sed ausi fuerint dicere
quod haec omnia humilitatis causa fiunt. post consummationem seculi nisi sena
tura et uoluntate sciret subiectum et obedientem ut quid se humiliaret. ubi
propter homines humilitas necessaria non ē. quod autem et post consum
mationem seculi. quando illi omma fuerint subiecta. quia modo natura quidē
omnia sunt subiecta ut creatura creatori. uoluntatem. aut propter liberum arbitriū
non omnia illis subiecta uidemus. Tunc uero in die iudicii quando in nomine ihū. om
ne genu flectetur celestium terrestrium et infernorum. et omnis lingua confitebi
tur quia dnis ihs xps ad gloriam di patris omnia sine fine et uoluntate et natura illi
erunt subiecta et ipse post omnium sibi subiectionem in ea subiectione et caritate
manens in qua semper. et ipse ut filius subiectus erit ei qui illi subdidit omnia. nul
lus audiens xpianus ignorat quia fide exauditu. auditus autem per uerbum xpi
ut sit ds omnia in omnibus semp monarchiam et potestatem habens omnium cui
gloria et honor laus et gratiarum actio per unigenitum eius filium dn̄m et saluatorem
nr̄m in spū sc̄o nunc et per omnia secula seculorum. Amen

EXPL. ARRII. DISPUTATIO. FALSA.

INCP. BEATI. AGUSTINI. RESPONSIO. UERA. AD FUNDEM.

1 Eorum precedenti disputationi hac disputatione respondeo. qui cum
dn̄m nr̄m ih̄m xp̄m fatentur quidem dn̄m. sed dn̄m uerum et cum patre
unum dn̄m uolunt fateri. duos nobis inducunt deos. diuerse disparisq; na
ture unum uerum alterum non uerum. contra illud quod scriptum ē.
audi israhel dn̄s ds tuus dn̄s unus ē. hoc enim si de patre dictum uolunt intel
legi. sequitur eos ut xps non sit dn̄s ds nr̄ /. si uero de ambobus. profecto pater
et filius unus ē dn̄s ds. ac per hoc illud quod in euangelio scriptum ē. ut cog
noscant te unum dn̄m uerum. et quem misisti ih̄m xp̄m. hoc enim dixisse

/. Si autem de filio pater non erit dn̄s ds noster.

accipiendum est · ut te et quem misisti ihm xpm cognoscant unum uerū
dm · quia de xpo dictum ē a iohanne apostolo ipse ē uerus ds et uita aeterna

II Itemq; cum dicunt · xpm uoluntate di et patris sui ante omnia saecula con
stitutum · coguntur confiteri filium · patri esse coaeternum · si enim ali
quando pater sine filio fuit · erat ante filium aliquod tempus · quod pater
sine illo solus fuit · et quomodo erit ante omnia secula filius ante quem fuit
tempus quo sine illo erat pater · Porro si ante omnia tempora filius erat
Non enim aliter Intellegendum ē · in principium erat uerbum · et omnia
per ipsum facta sunt · quia et tempus sine aliquibus creaturę motibus
non potest esse · et ideo per illum facta confitemur et tempora per quem facta
sunt omnia · procul dubio coeternus ē patri filius · sed uoluntate patris dicunt
constitutum nolentes dicere dm de dō · Aequalem genitum atq; coeternum ·
nusquam autem legunt uoluntate patris filium · ante omnia secula constitutum ·
Sed hoc ꝓptere a dicunt · ut prior illo uideatur uoluntas patris qui eum consti
tutum uolunt et argumentatio eorum esse talis solet · Interrogant enim
utrum pater filium uolens an nolens genuerit · ut si responsum fuerit quod
uolens genuerit · dicant prior ē ergo uoluntas patris · quod autem nolens
genuerit quis potest dicere · sed ut nouerint quam in ania loquantur · etiā
ipsi interrogandi sunt utrum ds pater uolens an nolens sit ds · non enim au
debunt eum dicere nolle se esse dm · si ergo responderint quod uolens sit ds
eo modo illis inferenda ē uanitas sua · quadici potest prior illo esse uolun
tas eius quo quid dicitur stultius ·

III Deinde dicunt eum uoluntate et precepto patris cęlestia et terrestria ·
uisibilia et inuisibilia corpora et sps ex nullis extentibus ut essent sua
uirtute fecisse · ubi ab eis quaerimus utrum et ipse a patre ex nullis ex
tantibus factus sit hoc ē ex nihilo quod si dicere non audebunt · ergo
ds ē de dō · non ex nihilo factus a dō quae res indicat unam et eandem
patris filiiq; naturam · neq; enim homo pecus auis piscis possunt

eiusdem natura egignere filios. et ds̄ non potuit? si autem tanto impietatis
abrupto. audebunt ire precipites ut dicant et unigenitum filium a patre ex nihi
lo constitutum. quaerant per quem factus sit a patre ex nihilo filius. non enim
per se ipsum fierit potuit tamquam iam esset ante quam fieret ut esset
ipse per quem fieret idem ipse. et quid opus erat eum fieri quia iam erat. aut
quomodo fiebat ut esset quia iam erat ante quam fieret. porro si per aliquem ali
um a patre factus ē. quis ē ipse alius cum omnia per ipsum facta sint. si autem
a patre per neminem factus ē quomodo per neminem aliquid a patre factū ē
cum ꝑ filium hoc ē per eius uerbum facta sint omnia.

IIII Et ante quam faceret inquiunt uniuersa omnium futurorum ds̄ et dn̄s rex
et creator erat constitutus et omnium futurorum in natura habens prescien
tiam et in faciendo in omnibus expectans patris iussionem. ipse uoluntate pa
tris decendit de caelo et uenit in hunc mundum sicut ipse ait. nec enim a me
ipso ueni sed ille me misit. uel isti ut dicerent utrum duos constituant crea
tores. quod si non audent. unus ē enim quō ex ipso et per ipsum et in ipso sunt
omnia. unus quippe ds̄ et ipsa trinitas. et sic unus ds̄ quomodo unus crea
tor. quid ē quod dicūt iubente patre creasse omnia filium tamquam pater
non creuerit sed a filio creari iusserit. Cogitent qui carnaliter sapiunt
quibus aliis uerbis iusserit pater unico uerbo formante nisi ibi infecitas
mate cordis sui quasi duos aliquos et si iuxta inuicem in suis tamen locis
constitutos. unum iubentem alterum obtemperantē nec intellegunt
ipsam iussionem patris ut fierent omnia non esse nisi uerbum patris per
quod facta sunt omnia. quod autem miserit pater filium negarē non
potest. sed considerent si possunt quomodo eum miserit cum quo ipse uenit
an ille mentitus ē qui ait non sum solus quō pater mecum ē. sed quomodo
libet missum intellegant numquid eo diuersa natura ē. quia pater mit
tit et mittit filius nisi forte potest homo pater mittere hominem
filium unius eiusdemq; substantiae et non potest ds̄ cum homo

missus ab homine mittente separetur quod non potest ds sed ignis mit
tit splendorem suum nec potest splendor missus separari ab igne mittente.
Quamuis et ista quia creatura ē uisibilis. non omni ex parte huic rei sit comparabi
lis. cum enim splendorem mittit ignis. Longius peruenit splendor quo ignis non
peruenit unde splendor ab igne quiē in lucerna missus. Si loqui posset non utiq;
posset uerum dicere in pariete quo sine lucerne igne peruenit ignis qui me mi
sit mecum ē. Potuit autem missus a patre filius dicere pater mecum ē. Cum
igitur haec a patre missio filii prorsus ineffabilis sit. nec capi illius cogitatione
possit. quomodo hinc ostendant. filium alterius atq; inferioris essentie non
inueniunt. quando quidem nec homo missus ab homine diuersam naturam
mittentis et missi esse demonstrat. Hic autem etiam hoc potest intellegi ut
eo ipso a patre filius missus esse dicatur hominibus quod filius apparuit in car
ne. non pater qui enim mittit illo ubiē. ubi autem non ē sapientia dī quod
ē xpūs. de qua legitur. attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit om
nia suauiter. Cum ergo ubiq; sit etiam filius quo mittendus fuerat ubi non
erat nisi apparendo sicut non apparebat quamquam. et spūm scūm missum lega
mus. qui certe in unitate persone suae. naturam non adsumpsit humanam
nec a solo filio missus ē sicut scriptum ē. cum ego iero mittam illum ad uos.
sed a patre quoq; sicut scriptum ē. quem mittet pater in nomine meo. ubi
ostenditur quod nec pater sine filio nec filius sine patre misit spūm scūm. sed
eum pariter ambo miserunt. Inseparabilia quippe sunt opera trinitatis
solus pater non legitur missus quō solus non habet auctorem a quo geni
tus sit uel a quo procedat et ideo non propter nature diuersitatem quae
in trinitate nulla ē. sed propter ipsam auctoritatem solus pater non di
citur missus. non enim splendor aut feruor ignem. sed ignis mittit.
siue splendorem siue feruorem quamuis haec longe sint dissimilia nec
inueniatur aliquid uel in spiritalibus uel in corporalibus creaturis quod
ei trinitati quae ds ē merito conferatur. ⁊

V Dicunt etiam et quia de omnibus spiritalibus et rationalibus gradibus propter qualitatem et fragilitatem corporis paulominus ab angelis. In ferior minoratus homo uidebatur ne se uilem speraret et de salute sua desperaret dnis ihs honorans factura suam dignatus e humanam carnem suscipere. et ostendere quia non homo uilis sed preciosus sicut scrip tum e. magnus homo et pretiosus uir et ideo solum hominem patri suo he redem. sibi enim coheredem facere dignatus e. ut quod minus acceperat in natura plus haberet in honore. hec dicentes hoc uolunt intellegi quod huma nam carnem sine humana anima xps adsumpserit. que propria heresis appollinaristarum e. sed etiam istos idest arrianos in eorum disputationib; non solum trinitatis diuersas esse naturas. sed etiam hoc sentire depre hendimus quod animam non habeat xps humanam. uerum id in huius disputationis consequentibus euidentius apparebit. nunc ad haec eorum uerba quae proposuimus hoc respondemus. ut recolant in epistola quae ad hebreos e de xpo esse intellectum quod scriptum e minorasti eum paulominus ab angelis. & uideant non ad diuersitatem et inequalitatem naturę patris et filii ualere quod dixit pater maior me e. sed ad illud potius quod in for ma serui propter infirmitatem in qua et pati et mori potuit minor etiam angelis factus e.

VI Item dicunt cum inquit uenit plenitudo temporis. misit ds filium suum natum ex muliere. ipse qui uoluntate patris carnem suscepit. ipse et uolun tate et precepto ipsius incorpore conuersatus e sicut ipse ait. Descendi de cęlo non ut faciam uoluntatem meam. sed uoluntatem eius qui me misit. Ipse et uoluntate patris triginta annorum baptizatus uoce et testimonio patris manifestatus. uoluntate et precepto patris euangelium regni cęlorum pre dicabat sicut ipse ait. et aliis ciuitatibus oportet me euangelium predicare in hoc enim missus sum. et ipse mihi mandatum dedit quid dicam aut quid loquar. et sic uoluntate et precepto patris ad passionem et mortem ppetauit.

sicut ipse ait pater transeat calix iste a me non tamen quod ego uolo sed quod
tuus et apostolo adserente et dicente. oboediens inquit factus patri usq;
mortem mortem autem crucis. his testimoniis scarum scripturarum quid
persuadere conantur nisi propter ea patris et filii diuersas esse naturas quia
oboediens patri ostenditur filius. quod tamen de hominibus non utiq; di
cerent neq; enim si homo filius homini patri suo sit oboediens. ideo ambo
rum diuersa natura e quamquam et hoc ipsum quod dicit ihs. de cendi de
celo non ut faciam uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui me misit
ad illud referat. quod homo primus adam de quo dicit apostolus. per
unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum
mors et ita in omnes homines pertransiit. in quo omnes peccaue
runt faciendo uoluntatem suam non eius a quo factus est uni
uersum genus humanum propagine uitiata culpae et poene ne
fecit obnoxium. eundem e contrario per quem liberandi fuera
mus non fecit uoluntatem suam sed eius a quo missus est
Ita quippe hoc loco dicitur uoluntas sua ut intellegatur esse
propria contra uoluntatem di. Neq; cum oboedimus do. eaq;
quae oboedientia. dicimus eius facere uoluntatem nolen
tes id facimus. sed uolentes. ac per hoc si uolentes id facimus
quomodo uoluntatem nostram non facimus. nisi quia illa dicit uolun
tas quando ita scriptura loquit quae intellegit ee ppria contra uoluntate di. hanc
habuit ada eua illo morimur. hanc n̄ habuit xps. ut in illo uiuerem. de natura
quippe humana hoc recte dici potest in qua exstitit pi no oboedientiam uo
luntas ppria. quae di uoluntati esset aduersa. ceterum quod attinet ad diui
nitate filii. una eademq; uoluntas e patris et filii nec potest ullo modo esse diuer
sa ubi e natura trinitatis inmutabilis uniuersa. ut autem mediator di et hominu. homo
xps ihs n̄ faceret ppriam quae to aduersae uoluntate. non erat tantum homo sed ds
et homo. P quam mirabilem singularemq; gratiam humana in illo sine peccato ullo

posset esse natura. Ppter ea hoc ergo ait. descendi de celo non ut faciam uoluntatem meam. sed uoluntatem eius qui me misit. ut ea causa esset tante oboedientie. que omnino sine ullo peccato esset hominis que gerebat. quia de celo descenderat hoc enim tantum homo. uerum etiam dei erat. una quippe ostendit ee psonam in utraq; natura hoc e dei et hominis. ne sidua sciat. Quaternitas incipiat esse ternitas. Quo itaq; gemina quidem substantia. sed una psona e. ppter ea qd dictum e descendi de celo. refert ad dei excellentiam. qd uero adiunctum e. non ut faciam uoluntatem meam. ppter adam qui sic sua refert ad hominis oboedientiam. utriusq; aut xpi id est dei et homo tamen oboedientia. In illo q: ceterarum inobedientiae primi hominis secundum id quod homo e emendat. unde ait aplus. sicut enim per inoboedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi ita et per oboedientiam unius hominis iustituent multi. nec quia dix hominis. separauit dm qui homine adsumpsit. quia sic dixit ecce ualde comendandum e una psona e. ipse enim unus xpi. et dei filius sep natura. et hominis filius qui extempore adsumptus e gra. nec sic adsumptus e ut prius creatus post adsumeret. sed ut ipsa adsumtione crearet. ac per hoc ppter istam unitatem psone in utraq; natura intelligentia et filius hominis dicit descendi de celo quamuis sit ex ea que intra fuerat uirgine adsumptus et filius dei dicit crucifixus et sepultus. quamuis hec non in diuinitate ipsa que est unigenitus patri coeternus. sed in natura humane sit infirmitate ppessus. Nam filium hominis descendisse de celo. ipsum dixisse sic legimus. nemo ascendit in celum nisi qui de celo descendit filius hominis qui est in celo. Unigenitum uero filium dei crucifixum et sepultum omnes etiam in symbolo confitemur. unde e et illud apostoli si enim cognouissent numquam dnm gloriae crucifixissent. hanc humanitatem psone xpi ihu dni nri. sic ex natura utraq; constantem diuina scilicet atq; humana. ut quilibet earum uocabulum etiam alterum pertinet. et diuina humane et humani diuine. Beatus ostendit apostolus ubi nos cum ad humilitatem misericordem xpi exhortaret exemplum. hoc sentite in uobis quod et in xpo ihu. qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus e esse se equalis deo. sed semetipsum exinanuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inuentus ut homo humiliauit seipsum factus oboediens usque ad mortem mortem autem crucis. Cum ergo xpi nomen ex eo illustre quod scriptum e in propheta. unxit te dus deus tuus oleo exultationis preparticipibus tuis. unde id quod homo factus e pertinet id est. Quod formam serui accipiens. habitu e inuentus ut homo quia utq; habitus coepit extempore. de ipso tamen eodemq; xpo dictum e qui cum in forma dei esset. cum profecto in forma dei antequam a illo forma serui esset accepta. nondum erat filius hominis sed filius dei cui pater aequalis. rapina non erat sed natura. non enim erat usurpando

elatus. sed hoc erat notus. et ideo ueritas. nondum ergo erat xp̄s quod esse coepit. Cum semetipsum
exinaniuit non formā dī amittens sed formam serui accipiens. Uerum si queramus quis ē ille
qui cum in formam dī esset non rapinam arbitratus ē esse se aequalis dō. respondetur nobis
uoce apostolica xp̄s ihs̄. ergo et illa diuinitas. huius humanitatis nomen accepit. Item si queramus
quis nam sit factus oboediens usq; ad mortem mortem autem crucis. Rectissime respondetur.
ille qui cum in forma dī esset non rapinam arbitratus ē esse se aequalis dō. ergo et ista humanitas
illius diuinitatis nomen accepit. Apparet tamen idem ipse xp̄s gemine gigans substantię. se
cundum quid oboediens. secundum quid equalis dō. secundum quid filius hominis. secundum
quid filius dī. secundum quod dicat pater maior me ē. secundum quod ego et pater unum sumus.
Secundum quod non facit uoluntatem suam. sed eius a quo missus ē. secundum quod sicut pater
suscitat mortuos et uiuificat. sic et filius quos uult uiuificat.

VII Item secuntur et dicent. Is et in cruce pendens uoluntate et precepto patris carnem humanam
quā de scā uirgine maria suscepit in manus hominum dereliquit et diuinitatem suam in manus pa
tris commendauit dicens. Pater in manus tuas commendo sp̄m meum quia maria moriturum corpus
peperit. dīs immortalis immortalem filium genuit. Ergo mors xp̄i non deminutio ē diuinitatis sed
depositio corporis sicut enim generatio eius ex uirgine non fuit corrupptio dealitatis ipsius.
sed susceptio corporis. ita et in morte ipsius non fuit passio et defectio dealitatis ipsius. sed sepa
ratio carnis eius. sicut enim qui indumentum conscindit induto facit iniuriam. ita et qui
carnem ipsius crucifixerunt diuinitati ipsius contumeliam intulerunt. Ecce in quibus uer
bis suis omnino manifestant negare se quod ad unitatem persone xp̄i et iam anima huma
na pertineat. sed in xp̄o carnem et diuinitatem tantummodo confiteri. quando quidem
cum penderet in ligno illud ubi ait. pater in manus tuas commendo sp̄m meum. diuinita
tem ipsam uolunt eum intellegi commendasse patri non humanum sp̄m quod ē ama
merito in ista ipsa disputatione superius ubi uoluerunt intelligi xp̄m patris uoluntatē
fecisse non suam hinc eum minoris atq; diuersae putant esse nature. Illud commemora
uerunt quod ait. Pater transeat a me non tamen quod ego uolo sed quod tu uis. illud autem
noluerunt quod ait. tristis ē anima mea usq; ad mortem. audiunt ergo ista commorantibus.
nobis tristis ē anima mea usq; ad mortem potestatem habeo ponendi animam meam maiorē.

ac caritatem nemo habet quam ut animam suam ponat pro amicis suis. et quod
de illo intellexerunt apostoli ꝓphetatum quō non derelinques animā meā in inferno.
Et hi satq; huiusmodi scarum scripturarum testimoniis non resistant. fateantur
quae xp̄m non tantum carnem sed animam quoq; humanā uerbo unigenito coaptasse
ut esset una persona quod xp̄s ē uerbum et homo sed ipse homo anima et caro ac ꝑ hoc xp̄s
uerbum anima et caro. et ideo sic intellegendus gemine substantiae. Diuine scili
cet humane ut ipsa humana ex anima constet et carne. aut si eo mouentur quod
scriptum e. uerbum caro factum ē nec illic anima nominata ē. intellegant carnem
pro homine positam aperte totū significantem locutionis modo secuti ē. ad te omnis caro
ueniet. itē ex operibus legis non iustificabit' omnis caro. Quod apertius alio loco dixit.
ex lege nemo iustificabit'. item q; alio non iustificatur homo ex operibus legis. ita er
go dixit omnis caro quasi diceret omnis homo. sic itaque dictum ē uerbum
caro factum ē. ac si diceretur uerbum homo factum est uerbum tamen
isti cum eius solam humanam carnem uel intellegi hominem xp̄m neque enim
negabunt hominem de quo apertissime dicit'. unus mediator dī et hominum homo
xp̄s ihs. miror quod nolint consentire propter hanc humanam quomodocumq;
naturam dici potuisse pate maior me est. non propter illam de qua dictum
ē ego et pater unum sumus. qui se enim ferat si quantus cumq; homo dicat.
ego et ds unum sumus. et quis non accipiat si homo dicat ds maior me ē. quale
illud ē quod ait beatus iohannes maior ē ds corde nr̄o.

VIII Item dicunt. is qui uoluntate et precepto patris totā dispensationē adimpleuit uo
luntate et precepto patris corpus suum a mortuis suscitauit et cū ipso corpore ut pastor
cū oue et sacerdos cum oblatione. et rex cum purpura. et ds cū templo a patre assūptus ē
in gloriā. quaerendū ē ab eis qui ista dicunt qualē ouē pastor reportauerit patri. Si enī caro
sine anima ē quā reportauit. quidē cuius ista nisi terra sine sensu quae nec gratias agere potest.

VIIII Itē secunt' et dicunt. is qui uoluntate patris descendit. quia sine anima caro quid potest
et ascendit uoluntate et precepto patris sedit ad dexteram ei. audiens patrem sibi
dicentem sede ad dexterā meā. donec ponam inimicos tuos scabellū pedum tuorum.

is qui uoluntate & precepto patris sedit addexteram eius. Is uoluntate & precepto patris inconsummatione seculi uenturus est. apostolo uociferante & dicente. Et ipse inquit dnis in iussu in uoce archangeli & in tuba di descend& de caelo. Is qui uoluntate & praecepto patris uenit. uoluntate & praecepto patris iudicaturus est totum mundum in aequitate. & reddturus singulis secundum fidem & opera sua. sicut ipse ait. Pater iudicat neminem sed omne iudicium filio dedit. Item. sicut audio iudico & iudicium meum uerum est. quia non quaero uoluntatem meam. sed uoluntatem eius qui me misit. Unde & in iudicando patris presentiam preponit. & suam diuinam dignitatē & potestatem secundam post ponit dicens. Uenite benedicti patris mei. Ergo iustus iudex ē filius. Iudicantis uero honor & austoritas patris. Inperiales leges. sicuti & sps sci officiosa aduocatio & consolatio unigeniti di. iusti iudicis est dignitas. Iamq; superius respondimus. & iam aduersus Ista similiter ualent. Quod enim uoluntati & precepto patris obediens est filius. ne in hominibus demonstrat diuersam inparemque naturam patris precipientis & filii obedientis. Huc accedit quod xps non tantum dī est quanatura aequalis ē patri sed & iam homo qua natura maior est pater. cuius & iam non solum pater uerum & dns est. Nam inde ē & illud profecicum. Dns dixit ad me filius meus es tu. Ibi est quippe inferior substantia quo pater maior sit & seruiforma cui dns sit. Hec autem forma humanitatis eius quam manente formadiuinitatis accepit ut in similitudine hominum fier& & habitu inuenir& ur ut homo. In iudicio quoque apparebit quo uiuos & mortuos iudicabit. Ideo dictum ē de patre quod non iudicabit quemquam sed omne iudicium dedit filio. Formam namque in xpo filii hominis tunc abeo iudicandi uidebunt & impii de quibus dictum ē. Uidebunt in quem confixerunt. Di uero formam in eodem ipso xpo quae aequa lis est patri utiq; non uidebunt unde profecia processit. Tollatur impius ut non uideat claritatem dni. Quia & ad hoc pestin& beati mundo corde quia ipsi dm uidebunt. Denique hoc apertissime testatur ubi dicit potestatem dedit ei iudicium facere quoniam filius hominis ē. non ergo quoniam filius di est. Nam secundum hoc coaeter nulli cum patre & una eademq; potestas ē. Sed quia

ARRIUS

AUGUSTINUS

filius hominis est quod esse coepit ex tempore · ut potestas ei daretur in tempore:
Quod non ita dicitur tamquam eam sibi & ipse non dederit · id est naturæ in se humanæ
non dederit potestatem · illa quæ in eo natura diuina ē · absit hoc credere; quomodo
enim aliquid facer & pater · nisi per unigenitum filium · nec sine spū scō · quia inseparabilia
sunt opera trinitatis; ac per hoc quod potestatem filio dedit · quoniam filius hominis ē
per eundem ipsum ipsi dedit quoniā filius dī ē · Omnia enim per ipsum facta sunt
& sine ipso factum est nihil; Sed honorifice & conpetenter tribuit patri · Quod & iā
ipse facit ut dr̄ · quia de patre est dr̄; ipse namq; dr̄ ē de dō · pater autem dr̄ · sed non de dō:
& ideo sedit ad dexterā audiuit inquiunt a patre sede ad dexterā meam patris · Tamquam pater na iussione
non & iam sua id fecerit potestate: hoc quidem nisi spiritaliter acceptum fuerit ·
filio pater ad sinistram erit; Quidē autem patris dextera · nisi æterna illa
ineffabilisq; felicitas quo peruenit filius hominis & iam carnis in mortalitate
percepta; Nam si uelut manum dī non secundum liniamenta corporis quæ in dō non
sunt · sed secundum effectiuam uirtutem sapienter & fideliter cogitemus ·
quid intellegimus nisi ipsum unigenitum per quem facta sunt omnia; De quo & iā
profeta dicit; Et brachium dn̄i cui reuelatum ē · quomodo autem filius audit
patrem quomodo dicuntur a patre multa uerba unico uerbo · quomodo transeunter
loquitur ei que instabiliter loquitur · quomodo aliquid temporaliter ei dicit in quo sibi
coæterno iam erant omnia · quæ congruis quibusq; temporibus dicit · quis hæc audeat quærere
quis ualeat inuenire; Et tamen dixit dn̄s dn̄o meo sede ad dexteram meam: & quia dictum ē
ideo factum est · Hoc ergo iam erat in uerbo quod uerbum caro factum ē; & quia in uerbo ante
carnem iam erat ueraciter · ideo in carne conpletum ē efficaciter; quia in uerbo iam erat
sine tempore · ideo in carne conpletum est · suo tempore · in qua carne ascendit in cælum quide
cælo non recessit & iam cum inde descendit · & in qua sed & ad dexteram patris ·
brachium patris & in qua descensurus est ad iudicium · In iussu in uoce archangeli & in tuba dī;
ubi illi minorem uolunt uideri filii potestatem: quia in iussu dictus est descensurus; Sed
querendum ē ab eis cuius iussu · si patris · Interrogandi sunt iterum quibus temporalibus
uerbis iubeat pater æterno suo uerbo ut descendat de cælo; siquidem ipsa dī iussio

quæ fi& in tempore suo iam erat ante omnia tempora in ipso dī uerbo; Quod si filius dī
per hoc quod filius hominis est descendit de cælo. ergo per hoc quod uerbum est per
ipsum iubetur ut descendatur de cælo; nam si non pater per ipsum iub& non ergo pater
per suum uerbum iub& aut aliud erit uerbum per quod iubeatur unico uerbo; & miror
si iam illud unicum erit. si& aliud erit; factæ sunt quidem patris ad filium quædam
& iam temporaliter uoces. sicut de nube sonuit; Tu es filius meus dilectus. Non
tamen ut filius unigenitus per illas aliquid discer& sed hii potius quos ita oportebat
audire; ac per hoc & iam ille transeuntium uerborum sonus non sine filio factus ē
filio. alioquin non omnia per ipsum facta sunt; sed numquid cum iubebitur ut descendat
de cælo. talibus sonis & uocibus opus erit quibus filius paternam nouerit uoluntatem; absit
hoc credere; quidquid ergo illud erit quod fieri oportebit ad filium. non faci& pater
nisi per eundem filium ad ipsum scilic& quia filius hominis ē. & factus ē inter omnia;
per ipsum autem quia filius dī ē. & per illum fiunt a patre omnia; Si autem quod dictū ē
In iussu In uoce archangeli. ipsius archangeli iussū uolunt intellegi sicut uerba ipsa
uidentur sonare. Quid eis restat nisi ut angelis & iam minorem dicant unigenitū
filium. quorum iussis obedire perhib&ur. si iubente minor est cui iubetur; quam | melius
iusquod dictum ē In iussu in uoce archangeli. possit & iam sic intellegi. ut ipsa uox | dicin̄
archangeli iussu dī fieri accipiatur. Id est ut angelus qui tuba dī esse intellegen | potest
dūs ē. a dn̄o dō iubeatur emittere uocem suam. quod inferiori creaturæ necessariū
erit audire. quō filius dī descendit de celo: Ipsa ē enim tuba de qua dicit alio loco
canit eñi tuba & mortui resurgent incorrupti; dicit ergo filius sicut audio iudico.
siue & humana subiectione quia & filius hominis est. siue secundum illam incommu
tabilem simplicemque naturam quæ sic ē filii ut tamen ei de patre sit; In qua natura
non ē aliud audire. aliud uidere. aliud eē. sed quod est eē hoc audire. hoc uidere.
Unde a billo ei ē uidere & audire. a quo illi ē ipsum esse; Nam & illud quod alibi
ait. non potest filius a se facere quicquid nisi quo uiderit patrem facientem.
multo est ad intellegendum difficilius. quam hoc quod isti posuerunt ubi
dicit sicut audio iudico; Si enim non potest filius a se facere quicquid

nisi quod uiderit patrem facientem. Quomodo poterit iudicare si patrem non uide
rit iudicantem. Sed pater non iudicat quemquam. Omne quippe iudicium dedit filio.
Iudicat ergo filius accepto a patre non aliquo sed omni iudicio. quam uis patrem non uideat
iudicantem. quia ille neminem iudicat; Quomodo igitur filius non potest a se facere quic
quam nisi quod uiderit patrem facientem cum iudic& ne patrem uideat iudicantem;
Nonenim ait non potest filius a se facere quic quam. nisi quod audierit patrem iubentem.
Sed quod uiderit patrem facientem; In ista intendant. Ista cogitent. Ista consideren.
& eorum quodam modo quantum fieri potest & carnetur intentio. quicarnalibus cogitan
onibus moliuntur unam trinitatis eandemque naturam. & substantiarum separare
distantiam. & potestatum gradibus ordinare; Ideo enim dictum e. quod non faciat aliquid
filius a se. quia non e a se. & ideo quic quid facit patrem uidet facientem. quia uid& & ipso
faciendi se habere potentiam. & quo se uid& & istendi habere naturam; Et quodait
se non posse. non deficientis e. sed ineo quod de patre natus e permanentis. eque laudabile e
omni potentem non posse mutari. Quam laudabile e quod omnipotens non potest mori;
posset enim filius facere quod non uidis s& patrem facientem. si poss& facere quod per illu
non fecit pater. hoc est si poss& p& care. Neque naturae inmutabiliter bonae quae a patre
genita est conuenire; hoc autem quia non pote non deficienter non potest sed potenter.
Eadem nanque sunt opera patris & filii. non quo filius sit idem ipse qui pater e. sed quia nulli
opus e filii quod non per eum pater fecit. nec ullum patris quod non per filium simul faciente
facit; Que cumque enim pater facit hec eadem filius similiter facit. euangelica e & ista
sententia filii ipsius consequenter ore prolata. Non sunt ergo alia filii & alia patris opera
sed hec eadem nec dissimiliter fiunt a filio sed similiter; Cum autem non alia similia sed
hec eadem fiant a filio que fiunt a patre. Quid est similiter. nisi non dissimili facilitate
non dissimili potestate; Si enim hec eadem quidem ambo faciunt. sed alter alterio facilius
& potentius. non utique similiter ea facit filius; cum uero & hec eadem & similiter. profecto
nec alia sunt filii quam patris opera. nec operantium e diuersa potentia. Nec utique
sine spu sco; neque enim a faciendis amborum operibus ullo modo amborum separabit
sps; miro itaque eodemq; utique diuino modo. a omnibus fiunt opera omnium.

contra patri passianos

ab omnibus & iam singulorum; nam omnium opera sunt cælum & terra omnisque creatura;
De filio quippe dictum ē. omnia per ipsum facta sunt; Quis autem ab spū scō audeat alienare opera
quarum lib& creaturarum quem cernit operari dona scōrum de quibus scriptum ē; Omnia
autem hæc operatur unus atque idem sp̄s diuidens propria unicuique prout uult; postremo
cum sit xp̄s dn̄s omnium & sup omnia d̄s benedictus in secula qui dex omnibus negari potest & iam sp̄s sc̄i
opus qui ē ipsum xp̄m in utero uirginis operatus; Cum enim angelo futurum partum sibi
nuntianti uirgo dixisset quomodo fi& istud quō uirum non cognosco. Responsum accepit. sp̄s sc̄s
sup ueni& inte; singulorum autem opera dicuntur. quæ ad unam quamque eorum manifestant
pertinere personā; Sicut natus ex uirgine non nisi filius, & uox de nube. tues filius meus dilectus.
Ad solius personam pertin& patris; & specie corporali sicut columba solus aparuit sp̄s sc̄s; Tamen
& illam carnem solius filii & illam uocem solius patris. & illam speciem solius sp̄s sc̄i uniuersa trinitas
operata ē; Non quo inualidus sit unusquisque eorum sine aliis quod operatur implere Sed non
potest operatio esse diuisa. ubi non solum æqualis ē. uerum & iam indiscreta natura. Ita ut cū
tres sint & eorum singulis quisque d̄s sit. tres tamen dii non sint. Nam & pater d̄s ē. & filius d̄s ē.
& sp̄s sc̄s d̄s ē; Nec filius idem qui pater ē nec idē sp̄s sc̄s qui aut pater aut filius. Sed pater semper pater.
& filius semper filius. & amborum sp̄s. Numquam cuiquam eorum aut pater aut filius
sed semp utriusque sp̄s. Vniuersa tamen trinitas unus est d̄s; Quis itaque neg& non patrē
non filiū sed filium ambulasse sup aquas. solius enim caro est. cuius carnis illi pedes aquis
inpositi & p aquas ducti sunt. Absit autem ut hoc sine patre fecisse credatur cum de suis
operibus uniuersaliter dicat. pater autem in me manens facit opera sua aut sine spū scō cum
similiter opus sit filii quod eiciebat demonia; illius quippe carnis ad solum filium pertinentis
lingua erat. qua inperabatur demonibus ut exirent. & tamen dicit. in spū scō eicio demonia
item quis nisi solus filius resurrexit quia solus mori potuit qui carnem habuit. & tamen
ab hoc opere quo solus filius resurrexit. Non erat pater alienus. de quo scriptum est.
qui suscitauit a mortuis ih̄m; an forte seipse non suscitauit. & ubi ē quod ait. soluite
templum hoc & triduo suscitabo illud; & quod potestatem se habere dicit ponendi &
iterum sumendi animam suam. Quis autem ita desipiat ut pat& sp̄m sc̄m resur
rectionem hominis xp̄i non cooperatum. cum ipsum hominem xp̄m fuerit operatus.

Est in homine simile quiddam. quamuis nequaquam illius trinitatis quae dēs est excellentiae
conparandum: Ille enim dēs est: ista creatura; habet tamen aliquid et ista ubiquali cumque modo:
idquod de illa ineffabili dī natura dicitur possit intellegi. Neque enim frustra non est dictum
Faciamus hominem ad imaginem tuam: Tamquam pater filio loqueretur; aut ad imaginē
meam; sed dictum ē. ad imaginem nostram. quod ex persona ipsius trinitatis rectissime
accipitur; Tria itaque ista in anima hominis cogitemus. memoriam. intellegentiam
uoluntatem. ab his tribus fit omne quod facimus. Et cum tria ista bene recteque se se habent.
bonum et rectum ē omne quod facimus. sine memoriam decipiet obliuio. nec error intelle
gentiam. Nec iniquitas uoluntatem; ad dī quippe imaginem sic reformatur; Omne
igitur opus nostrum ab his tribus fit: Nihil enim agimus quod non haec tria simul agant.
Deinde cum de singulis loquimur. etiam quod ad singula pertinet ab omnibus agitur.
neque enim sermonem quem de sola memoria facimus. memoria sola facit sed intelle
gentia uoluntasque cooperantur eum. Quamuis ad solam memoriam pertinentem.
hoc et de duobus ceteris uidere facillimum ē; Namque quid de se ipsa intellegentia
loquitur. sine memoria et uoluntate non loquitur; et quidquid de sola se ipsa uoluntas
dicit aut scribit. sine intellegentia memoriaque non facit; quatenus sint aū
ista similia et rursus quantum dissimilia illi incommutabili trinitati quae dēs.
longum est enucleatissime disputare; sed ideo tantum hoc commemorandum
putaui ut etiam de ipsa creatura aliquid adhiberem. Vnde isti si possunt intellegant.
quam non sit absurdum quod de patre. et filio et spū scō dicimus inseparabilia
fieri ab omnibus opera: non solum ad omnes. uerum etiam ad singulos pertinentia
sicut audit ergo filius iudicat. siue quia et filius hominis ē. siue quia non de ipso est sed
uerbum patris ē; quod enim nobis est cum audimus uerbum accipere. hoc illi est a patre
uerbum esse. quoniam sic dici potest pater dedisse filio uerbum. hoc est ut uerbum sit.
quemammodum dicitur dedisse filio uitam. hoc est ut uita sit; ipse namq; ait. sicut
habet pater uitam in semetipso. sic dedit filio habere uitam in semetipso; non utique ut alius
sit ipse. aliud uita quae in ipso ē. sed ut eadem uita sit idem ipse. sicut nec pater aliud ē
quam uita quae in ipso est. sed eam filius patri non dedit. quia patrem non genuit

qđ in substantiale ē
hominis et dī
uerbū substantiale

s mire

D edit autem pater filio uitam gignendo eum uitam sicut est & iam ipse uita. Non autem
sic genuit uerbum tamquam & ipse sit uerbum. uitam quippe cum dicimus potest esse
de ullo alio sicut est patris uita. uel quod expressius dicitur pater uita cuide alio non est ut sit.
Cum uero dicitur uerbum nullo modo potest nisi alicuius intellegi. & illius utiq; de quo est
Non itaq; sicut est filius di de deo lumen de lumine uita de uita. ita dici potest uerbum esse
de uerbo quoniam solus e uerbum; Et sicut patri proprium est generare uerbum. ita filio
proprium est esse uerbum. & ideo sicut audit iudicat. quia sicut genitum est uerbum
ut idem uerbum sit ueritas. ita secundum ueritatem iudicat. & iudicium eius utiq; iustum e.
quia non querit uoluntatem suam sed uoluntatem eius qui eum misit; Hoc enim dicens. ad illum
hominem uoluit reffer re intentionem nostram. qui uoluntatem suam querendo non
eius a quo factus est non habuit iustum iudicium de se ipso. sed iustum iudicium habitum est
de ipso; ipse quippe faciens uoluntatem suam non dimorituru se esse non credidit.
S ed hoc iudicium eius non iustum fuit. denique fecit & mortuus est quia iudicium di iustu e
Quod iudicium facit di filius. non querendo uoluntatem suam. cum sit & iam hominis
filius non quia ipsius in iudicando nulla uoluntas est. quis enim hoc insipientissimus
dixerit. sed quia non ita est uoluntas eius propria ut sit a uoluntate patris aliena:
H aeretici si cogitarent non carnalibus cogitationibus sic trinitatis potestates uel officia
gradibus inparibus ordinarent ut tamquam tres homines inequalis ac dissimilis
dignitatis facerent. tamquam imperatorem patrem. iudicem filium. aduocatum
spm scm. secundum quas enim iudicat filius uelut imperiales leges patris esse adserunt.
In quibus honorem & actoritatem filio constituunt iudicantis. officiosam uero
aduocationem & consolationem spis sci. ad dignitatem iudicis. hoc est di unigeniti perti
nere. tamquam iudicis sit dignitas. quod habeat aduocatum. sicut imperatoris est dignitas.
quod secundum suas imperiales leges. iudicaturum iudicem mittit; quasi a cogitatione
carnali tamen natura diuersitatem. de qua inter nos & ipsos maxima questio e. in hisce tribus
personis demonstrare non possunt; cum enim ad humanos mores istas referunt.
& ab humani generis consuetudine quam cogitando possunt capere non recedunt.
Animalis enim homo non percipit que sunt spis di. quid aliud nos admonent. nisi quia

inperator. & iudex. & aduocatus. homines sunt pro iudex ad inperatorem. & iam si potestate minor est. non minus homo est. nec minus quam iudex. homo est aduocatus & iam si officio uidetur iudici esse subiectus. patris ergo & filii & spiritus sancti & iam si disparem cogitant potestatem. naturam saltim confiteantur aequalem. quidquid eos & iam deteriore quam humanae conditione confingunt. fieri enim potest in rebus humanis. ut qui iudex fuerit. & iam inperator fiat. hoc isti in illa trinitate nec inperatoris unico filio prestare dignantur. quod si forte & humani iuris uel consuetudinis formula maiestatis crimen & iam in filio nimium reformidant. Aduocato certe puto quod concedere debeant ut ad iudiciariam potestatem aliquando perueniat. Nec hoc quidem uolunt. deterior ergo est quod absit in illa trinitate. quam in generis humani mortalitate conditio.

Porro scriptura sancta quae istos diuinos actus non differentia potestatum. sed operum ineffabilitate metitur. aduocatum nostrum & iam ipsum iudicem nouit dicente apostolo iohanne. Si quis peccauerit aduocatum habemus ad patrem ihesum xpm iustum. quod & iam ipse significat ubi dicit. Rogabo patrem & alium aduocatum dabit uobis. Neque enim esset spiritus sanctus aduocatus alius. nisi hoc esset & filius. qui tamen ut inseparabilia sua & patris opera demonstraret. ait. cum ipse iero mittam eum ad uos. Quam uis alio loco dicat. quem mittit pater in nomine meo. ubi ostenditur. quod & pater & filius miserint spiritum sanctum. sicut ostenditur per profetam. quod & pater & spiritus sanctus miserint filium. Nam quis nisi filius per esaiam aduentum suum prenuntians dicit. Audite me iacob & israel quem ego uocabo ego sum primus & ego in eternum & manus mea fundauit terram dextera mea solidauit celum. uocabo illos & adstabunt simul conuenient & iam uniuersi & audient quis illis nuntiabit haec. diligens autem te feci uoluntatem tuam super babylonem. ut tollatur semen chaldeorum. Ego locutus sum. ego uocaui. adduxi illum & prosperam uiam eius feci. Conuenite ad me & audite ista. nec enim ab initio in obscuris locutus sum. cum fiebant ibi eram. & nunc dominus misit me et spiritus eius. Quid euidentius. ecce ipse se dicit missum ab spiritu sancto qui fundauit terram & solidauit celum. ubi agnoscitur unigenitus per quem facta sunt omnia. Consolatorem uero. quod officium tamquam personae infame in illa trinitate ista spiritui sancto deputant dominum. dicit apostolus sicut in epistula eius legimus ad chorinthios. is qui consolatur humiles. consolatus est nos dominus

optime

inpresentia titi. Scorum ergo dns est consolator. ipsi quippe sunt humiles. unde tres
illi uiri in camino dicunt. bene dicite sci & humiles corde dnm; Ds est itaque sps scs
qui consolatur humiles. proinde isti. aut quod nolunt fateantur dm esse. spm scm aut
si hoc de patre uel de filio dictum ab apostolo uolunt accipi. desinant consolationis
tamquam munere proprio separare a patre & filio personam sps sci; Iam illud
quod ideo spm scm filio minorem conantur ostendere quod iste sit illius tamquam iudicis
aduocatus. & iam homines scos eidem mirâ cecitate preponunt. de quibus ait
idem dns. sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus isrl; Ibi respon
deant quid erit sps scs cum filio iudex. an apud iudices & iam homines aduocatus; absit au
ista a fideli corde uecordia ut sit iudicibus minor aduocatus sps scs. cum illi utique
ut iudices sint repleantur spu scō. secundum quem uiuentes fiunt spiritales. spiritalis
enim omnia iudicat; quomodo ergo minor est iudice qui iudices facit. cum facit ut men
bra sint iudicis. illius menbra & suum templum. dicente apostolo. corpora uestra
membra sunt xpi. eodemq; idem dicente. corpora uestra templum in uobis est sps sci;
& tamen si apertissime legerent in scis scripturis salamonem regem. lignis & lapi
dibus ius sudi templum struxisse spu scō. dm esse spm scm dubitare non possent. cui tanta reli
gionis seruitus quae latria dicit legitime exhiberetur in populo di ut illi etiā templū fabri caret cū dns dicat.
dnm dm tuum adorabis & illi soli seruies. quod in greco est. latreusis. & eum negare audent
dm qui non lapides & ligna sed membra xpi habet templum. sic enim spm scm subiciunt
potestati xpi. cum eius templum membra xpi sint. Quemammodum ipsum filiū
inperialibus legibus di. cum ipse sit uerbum di. nec ullo modo inperatoris uerbum
legibus subiaceat sed leges faciat. Isti sane quorum disputationem accepi quib;
respondeo. non audent idem dicere factum esse quod genitum. & duo ista discer
nunt. ita ut a patre filium genitum dicant. factum uero a filio spm scm. quod in
scripturis scis nusquam legunt. cum filius ipse dicat. quod sps scs a patre procedat;
xi. Filius inquiunt patrem predicat. sps scs filium ccd nuntiat. quasi non ccd nuntiauerit
filius spm scm esse uenturum. aut & pater non predicauerit filium dicendo. hic est filius meus
dilectus in quo bene conplacui ipsum audite. Ac per hoc non solum patris gloriam filius uerū

s eleganter

hoc capitulū
fundit ur frollet
sicut alia sēs
augustinus

&iam filiglorian reuelat pater. nec solum filii spī scī. sed &iam filius manifestat scī spī
XII. dignitatem. Ar. primum &precipuum opus est filigentoris gloriam reuelare. pri
mum &precipuum est opus spī scī. Inanimas hominum xpi dignitatem manifestare.
Ar. XIII. Filius testis est patris. . rpr testis est filii.
filius mittitur a patre. spī scī mittitur a filio. Ag. Eideo sicut filius patri ita &pater
filio &spī scī filio ita &filius spū scō per hib& testimonium. A patre autem &filio missus e
XIIII. spī. &a patre &spū missus est filius. Filius inquiunt minister ē patris. spī scī minister ē
filii. Nec adtendunt quod isto modo meliores faciunt spū scō apostolos scōs. quicumque
di ministros esse dicunt. Non eos utique isti &iam di patris ministros negabūnt. eius quip
pe ministri facti sunt in cuius nomine &iam bapti &cerunt. id est patris &filii &spī scī
Aq per hoc secundum istorum uaniloquia meliores erunt trinitatis ministri si prop
XV. terea minor est spī scī quia solius minister est filii. Filio inquiunt iubetur a patre.
spī scō iubetur a filio. Nusquam hoc in scripturis scīs legunt quam uis obedientem
filium legamus. secundum formam seruiquamaior est pater. non secundum formam
XVI. di inqua unum sunt ipse &pater. Legitur itaq; in scripturis scīs filius subditus
patri. ibi est enim forma seruiinqua et parentibus hominibus subditus erat
sicut euuangelium loquitur. Descendit cum eis &uenit nazareth
et erat subditus illis. Non autem alicubi sca scriptura dicit spm scm sub
XVII. ditum filio. Proinde &que iub& pater. operatur filius propter formam
seruii &quæ operatur pater. operatur &filius propter formam di. non enim aliquæ cumq;
pater iub& hæc filius facit. sed aliquæ cumq; pater facit hæc &filius facit. Similiter.
porro si spm scm ideo hæc loqui dicunt quem mandat filius. quia scriptum est. de meo
accipiet &adnuntiabit uobis. Quur non &filius ea loquitur quæ mandā spī scī.
Cum dicit apostolus. quæ di sunt nemo scit nisi spī di. &tum ipse ihs de se ipso inpl&uec
confirm& quod scriptum est. spī dni super me propter quod unxit me euuangelizare
pauperibus. Si enim propter hoc unctus est euangelizare pauperibus quia spī dni
super eum erat. Quid euangelizabat pauperibus nisi quod spī dni habebat quo
repletus erat. Nam &hoc de illo scriptum ē quod repletus sit spū scō ...

XVIII. Filius inquiunt adorat & honorat patrem. spus scs adorat & honorat filium.
Hic non opus est scrupulose uelle discernere inter orare & adorare quid dist &
propter formam enim seruidicuntur ista de filio. dicant si possunt ubi legerint
adorari filium ab spu scō. quod enim subiciunt unde hoc probare conantur.
Quia uidelic & scriptum est. pater ergo te honorificaui super terram. opus quod
dedisti mihi consumaui. & de spu scō. ille me honorificabit quia de meo accipi & et adnun
tiabit uobis. adrem de qua agitur non pertin &; honorat enim omnis qui adorat.
Non autem adorat omnis qui honorat; nam & fratres secundum apostolum inuicē
se honore preueniunt. nec tamen inuicem ad orant. alioquin si honorificare.
hoc est adorare dicant. si placet quod filium ador & & pater. et hoc iubente filio
qui ei dicit. honorifica me.

XVIIII.

Honorificame quod autem de spu scō de meo accipiet. Soluit ipse questionem
ne putaretur quasi per quosdam gradus sic esse de illo spus scs quomodo est ipse
de patre cum ambo de patre ille nascatur ille procedat. Quae duo in illius naturę
sublimitate discernere omnino difficile est. Ergo ne hoc putaretur ut dixi.
continuo subiecit. omnia quę habet pater mea sunt. propterea dixi de meo
accipiet. Ita sine dubio intellegi uolens quod de patre accipiat. Sed ideo
de ipsius quia omnia quae hab & pater ipsius sunt. Haec autem non est
diuersitatis naturę sed unius principii commendatio;

XX.

Secundum hoc itaque spus scs non a se ipso loquitur. quia non est a se ipso qui de patre
procedit. sicut nec filius potest a se facere quicquam. quia nec ipse a se ipso est
sicut iam superius exposui. Non quod in omnibus nutum patris expectet.
non enim ait nisi quod uiderit patrem innuentem. sed quod uiderit patrem
facientem. secundum eaque iam disputauimus;

XXI.

Quod autem in omnibus spus scs xpi praeceptum expect & ut dicunt. legant
si possunt. Quod enim dictum est. non a se loquitur. non est dictum
quaecumque a me audierit. sed quae audierit loquetur. Cur autem dictum sit.
paulo ante iam claruit ex ipsius quam commemoraui dni expositione ubi ait.

Omnia quæ habet pater mea sunt · propterea dixi de meo accipiet · Unde autem acci
piet · inde est procul dubio quod loquetur · quia inde audit unde procedit · Scit enim
dī uerbum procedendo inde unde nascitur uerbum · & aut sit communiter sp̄s
& patris & uerbi · nec moueat · quod futuri temporis uerbum est · accipiet · quasi non dū
habet & · indifferenter quippe dicuntur temporis uerba · Quamuis sine tempore
manere intellegatur æternitas · nam & accepit quia de patre processit · & accipit &
quia de patre procedere nam quā desinet · sicut dr̄ · & est · & fuit · et erit · Et tamen
initium · uel finem temporis · nec habet · nec habuit · nec habebit ·

xxii Filius inquiunt pro nobis interpellat patrem · & sp̄s pro nobis postulat filium · sicut
legunt quod filius interpellet patrem · secundum ea quæ superius nos & iam com
memorantes disseruimus · Ita inueniant unde proferant quod sp̄s postulet filium ·
Quod enim dicit apostolus · quid enim oremus sicut oportet nescimus sed ipsi sp̄s inter
pellat gemitibus inenarrabilibus · Qui autem scrutatur corda scit quid sp̄s sapit
quia secundum dm̄ interpellat pro scis · quomodolibet isti accipiant · multum
enim adeo est hoc sic accipere · quemadmodum accipiendum est · Non est dictū
interpellat xp̄m aut interpellat filium · interpellat autē sp̄s scs dictum est ·
quia interpellare nos facit · sicut dr̄ dicit · nunc cognoui · quasi antea nesciebat ·
quod quid est aliud · est aliud nisi fecit ut cognoscas · Unde est & illud apostoli
nunc autem cognoscentes dm̄ immo cognitia dō · ne sibi tribuerent quod cognoue
rant dm̄ · sic ergo aut cognitia dō · ut intellegerent quod illos gratia sua dr̄
fecerit cognitores suos · secundum istum locutionis modum dictum est · et noli
te contristare sp̄m scm̄ dī · Hoc est nolite contristare · qui secundum sp̄m dī
contristamur & uobis · Caritate quippe contristabantur quam diffundebat
12 sp̄s scs in cordibus eorum · et per hoc eosdem aliis fratrum tristes ipse faciebat
Denique idem apostolus · accepistis inquid sp̄m adoptionis filiorum in quo clamamus
abba pater · Et alibi eundem sensum commemorans · misit inquit dr̄ sp̄m filii
sui in corda nostra · clamantē abba pater · Quomodo ibi in quo clamamus ·
quomodo hic clamantem nisi quia clamantem hic ait · clamare facientem ·

Ut autem secundum ipsorum sensum sic accipiamus clamantem tamquam non clamare nos faciat sed ipse clamet. ecce dicendo abba pater non interpellat filium sed patrem. Non enim audeunt dicere filium xpi esse spm scm. nam utique ne hoc dicerent non genitum a filio sed factum dicere maluerunt. Non ergo scimus per nosmet ipsos quid oremus sicut oportet. sed ipse sps interpellat. idest interpellare nos facit quae sunt secundum dm. quod nisi faciat. non oramus nisi secundum istum mundum. ad explendam concupiscentiam carnis & concupiscentiam oculorum et ambitionem seculi quae non sunt a patre sed ex mundo sunt. Quamuis nonnulli id quod dictum est ipse sps interpellat gemitibus. de spu hominis intellegendum arbitrentur.

mire & hereticos conuincit & studiosos doce.

XXIII. Totius bonitatis et sapientiae & uirtutis patris uiuam & ueram propriam & condignam imaginem dicunt filium. Ut apostolus paulus non uirtutis dei & sapientiae imaginem sed eum ipsum esse dicit dei uirtutem et dei sapientiam. eo ipso igitur quod imago patris est filius uirtus eius & sapientia est. imago autem plena atque perfecta. idest non ab illo ex nihilo facta sed de illo genita nihil minus habet quam ille cuius imago est. Patris quippe imago summa idest ita similis ut in ea dissimile aliquid non sit filius est unigenitus.

ARRIVS AUGVSTINVS

XXIIII.

Non sunt tamen ausi dicere imaginem filii spm scm sed manifestationem: Propter hoc nec genitum sed factum ab illo esse dixerunt. quod descripturis scis omnino non legunt.

XXV.

Quis autem catholicus dixerit partem patris esse filium. aut partem filii spm scm. quod ita negandum putauerunt. tamquam inter nos et ipsos ulla inde sit quaestio. Eius de nature dicimus esse trinitatem non aliquam ibi personam partem cuiuspiam nuncupamus. Sed quod ita negant partem patris esse filium ut tamen dicant proprium & dilectissimum perfectum et plenum unigenitum filium. Querendum est ab eis quos filios suos facit ds. uoluntarie gignens eos uerbo ueritatis. cum ad eam perfectionem peruenerint ut perfectiores esse non possint. Utrum sint etiam ipsi proprii & dilectissimi perfecti & pleni filii dei; quod sierunt. nec unigenitus ille erit. quia aequales multos habebit.

pymogenitus

Sed tantummodo. si autem non erunt. quomodo accipienda est illius plenitudo atque perfectio. Nisi ut sit prorsus gignentis aequalis. et in nullo omnino dissimilis. atque ut id breuius plenius q; dicamus. sint isti filii gratia. ille natura. quia in istis ē participatio diuinitatis, In illo est plenitudo: quamuis et ille quod suscoepit hominem. Et uerbum caro factum ē. non sit natura. sed gratia. uerbi tamen quod patri aequale ē. permanente natura.

XXVI. Deinde respondeant. quia non filium sed primum et praecipuum opus filii praeceteris uniuersis dicunt eē spm̄ scm̄. Utrum illi filii meliores futuri sint spū scō. quos uoluntariae genuit pater uerbo ueritatis. Quomodo enim non coguntur hoc dicere. Cum procul dubio melius sit filius eē patris. quam opus filii haec cogitent. et emendent uanas impiasq; blasphaemias. atque fateantur in illa trinitate nullam personam preter quod filius manens ds̄ homo factus est Omnino esse creaturam. aut aliquid adō factum. sed totum quicquid illud est. summum uerbum inmutabilem dm̄.

XXVII. Absit enim utquemadmodum sapiunt. pater maior sit filio suo. secundum id quod unigenitum uerbum eius est. sed secundum id quod uerbum caro factum est.

XXVIII. Sed quid mirum quando in eadem carne factus est & iam angelis minor. absit utquemadmodum blasphemant incomparabiliter maior & melior sit filius spūi scō. & quod insanissimum est credere templum minoris sint membra maioris.

XXVIIII. Pater quidem ds̄ & dn̄s est filio suo. quia in est in eo forma seruilis quae profetabatur cum diceret dn̄s dixit ad me filius meus es tu. cui & iam in eadem profetia dicit idem filius. de uentre matris mea ds̄ m̄s es tu. De uentre quippe matris eius ubi hominem adsumsit. ds̄ eius est. qui propter non solum quod eum ante matris uentrem. sed ante omnia secula coeternum genuit pater eius est.

XXX. Ubi autem uel in somnis audierunt scripturam scām dixisse filium dm̄ & dn̄m esse sp̄s sci:

ARRIUS XXXI. Pater inquiunt inmobiliter et inpassibiliter uolens filium genuit

Filius sine labore et fatigatione solauirtute sua spm fecit. Opre cipuam laudem. SAVGVSTINUS
filii et sps sci. quasi nos pater mobiliter et passibiliter inuitus genuerit. qui nos uoluntarie genuit uerbo ueritatis. aut filius cælum et terram cum labore et fatigatione creauerit. æquentur ergo ista opera secundum istos uel filio uel spui scō. aut si nullo modo æquantur. quid profuit hoc dicere unde nulla fit questio. Quod scilicet sine ullo labore & fatigatione uel gignat pater uel faciat filius. Uideant sane quomodo dicant quod solauirtute sua filius fecerit spm scm. isto enim modo cogunt fateri aliquid fecisse filium quod non uiderit patrem facientem. An placet eis dicere quod etiam pater fecerit spm scm. Non ergo eum solauirtute sua fecit filius. an alterum fecit prior pater. ut posset filius facere quem fecit. Qui non potest facere nisi quod uiderit patrem facientem. Et quid est quod non alia similia. sed quaecumq; pater fecit. haec etiam filius facit similiter. Si haec cogitare conentur procul dubio turbabuntur eis omnia. quae sibi carnali cogitatione conponunt. XXXII

Verum ē autem quod pater omnibus quae sunt uti essent dedit. & ipse quod est a nemine accepit. sed aequalitatem suam nulli dedit nisi filio qui natus est de illo. & spui scō qui procedit de illo. Quaecumita sint. non est ista quam uolunt isti differentia trinitatis. quia indifferens in trinitate natura. Indifferenter in trinitate potentia ē. Ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Quod ipse ait. Et qui uolunt pie uiuere dnm dm suum adorent & illi soli seruiant. Quod & antiquis patribus di lege praeceptum ē. Nec ullo modo aliter fieri potest. ut soli dnō dō nrō. ea quae dō debetur seruitute seruiamus. Ipsa est enim quae grece appellatur. latria. Quod uerbum ibi positum ē. cum diceretur. illi soli seruies. In religione sola dicitur. latria in humana seruitute non dicitur. Nullo modo inquam hoc fieri potest. nisi ipse dns dr noster uniuersa sit trinitas. Alioquin ista seruitute quae latria dicitur. quam non debent seruiens quos secundum carnē dominos habent. Sed omnes homines soli dnō suo. Hanc ergo seruitutem non exhibebimus filio. si de patre dictum ē. & illi soli seruies; Aut non exhibebimus patri. si de filio redictum ē. & illi soli seruies;

R

iamuero si aliquibus terremotibus spui scō templum fabricaremus. Quis dubitaret
et nos latria. idest ista de qua nunc loquor seruitute seruire. Quomodo ergo non
seruitutem quae latria dicitur exhibemus. cui templum non facimus sed nos ipsi sumus.
Aut quomodo non et ipse ds noster est de quo dicit apostolus. Nescitis quia templum
dī estis et sps dī habitat in uobis. et paulo post. gloriaficate ergo dm̄ in corpore uestro.
Corpora autem nostra templum in nobis dicit esse sps sci. cum igitur et patri et filio
et spui scō. Ista que latria uocatur seruitute seruiamus. Audiamusq; legem dī
precipientem ut nulli alteri sed soli dno dō nostro hanc exhibeamus proculdubio
unus et solus dns ds noster est ipsa trinitas. Cui uni et soli talem seruitatem pie
tatis iure debemus.

XXXIII.

Sicuti nemo potest inquiunt sine filio ad patrem transire ita et nemo potest sine spu scō
filium in ueritate adorare. quasi et ad filium sine patre quisquam possit uenire
cum ipse dicat. Nemo uenit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum aut
ad spm scm sine patre et filio peruenire possemus. quia eum nobis sua conferunt
gratia. quid est enim aliud ad eos uenire nisi eos habitantes in nobis habere
hoc enim modo et ipsi ad nos ueniunt. Cum ds ubiq; sit et nullo corporali conti
neatur loco; Ipse saluator dicit de se et de patre. ueniemus ad eum et mansionē
apud eum faciemus. et de spu scō dicit. Nisi ego abiero aduocatus non ueniet ad uos.
Quid est ergo quod dicunt sicuti nemo potest sine filio ad patrem transire. Ita nemo
potest sine spu scō filium in ueritate adorare. et deinde subiungunt. Ergo in spu scō
adoratur filius. Nunquid nam hec indicant differentiam naturarum de qua
inter nos et illos uertitur questio. Nam si nemo potest sine spu scō filium inuenire
adorare et in spu scō adoratur filius. profecto ueritas est etiam sps scs. quia cum in illo
adoratur filius. Sicut ab eis dictum est in ueritate adoratur. Ut ipse filius ait
ego sum ueritas; ergo et in se ipso adoratur. cum in ueritate adoratur. ac per hoc
et in se et spu scō adoratur filius. Quis autem ita sit impius ut inde separet patrem
Quomodo enim non et in illo adoramus. in quo uiuimus mouemur et sumus; pinde
adorari filium in spu scō et iam nos dicimus. adorari autem filium ab spu scō legant

si possunt

CXXIIII Nam per filium glorificari patrem quis negat. Sed & filium glorificari p patrem ne
gare quis aude at. Cui dicit ipse filius. glorifica me. Cui etiam dicit. ego te clarificaui.
Glorificare autem. et honorificare. & clarificare. tria quidem uerba. sed res una est. quod
gre. g dicitur. DOXAZIN. inter pretum AUTEM. uarietate aliter atq; aliter positum est
CXV. in latino. AT. Spiritus sancti opus et diligentia est inquiunt sanctificare. & sanctos custodire. & non solum ratio
nabilia utquidam putant. Sed & irrationabilia plura sanctificare. & eos qui ceciderunt propter
suam negligentiam. ad pristinum statum reparare. ignoranter docere. obliuiscentes
admonere. peccantes arguere. pigros hortare. de salute sua cogitare et sollicite agere.
errantes ad uiam ueritatis deducere. Infirmos curare. & fragilitatem corporis
per alacritatem animę continere. & ad amorem pietatis & castitatis confirmare. & omnes
inluminare. sup omnia fidem et caritatem prebet singulis pro studio quoq; & diligentia
pro simplicitate et sinceritate mentis. pro mensura fidei & merito conuersationis
gratiam ad utilitatem diuidere. et unusquisq; in quo opere & proposito fuerit abilis
in pso ordinare; facit hec quidem spiritus sanctus. sed absit ut sine filio faciat. Quis enim sic de uia &
ad ueritatis. urget axpo custodire sanctos. Lapsos autem in statum pristinum reparari
ignorantes docere. obliuiscentes admonere. peccantes arguere. pigros hortari. errantes
ad uiam ueritatis adducere. Infirmos sanare. cecos inluminare. et cetera quaecumque spiritus sancti
tanquam solius ea faciat tribuenda putauerunt. Ut enim de ceteris ne longum sit tacere.
Quomodo negabant axpo docere sanctos quibus idem dicit; Nolite uocari rabbi ab hominibus
unus est enim magister uester xpis. Quomodo negabant axpo inluminare de quo scriptum
legunt. Erat lumen uerum quod inluminat omnem hominem. Spiritus sanctus ergo sicut
sine xpo non docet aut inluminat quemquam. Ita sine xpo non sanctificat quemquam.
illud autem quod per profetam dicit. ut sciant quia ego sum qui sanctifico eos. eligant
a quo dictum uellint credere. sia patre. qui ab eo separant operas spiritus sancti. Cum sanctifi
cari sanctos a spiritu sancto tanquam propriae ac separabiliter putant. sia filio. altum ab ipso
non separent opera sanctificatoris spiritus sancti. Sia a spiritu sancto dicit et etiam spiritus sanctus. quod illi nolunt
Qui per prophaetam dicitur. ut sciant quia ego sum qui sanctifico eos. Sia autem quod melius
intellegitur. uox illa ipsius trinitatis est per prophaetam. Nullo dubitante unus
dis est. pater & filius et spiritus sanctus. Ex quo omnia. per quem omnia. in quo omnia. ipsi gloria.

in secula seculorum.

ARRIVS

XXXVI. Cum itaq; fateamur fieri ab spu̅ scō quae ab illo fieri cum memorauerunt. non est ex eo
AUG consequens. quod adiungunt alium. ee̅ a filio spm̅ scm̅. naturae et ordine. gradu.
et affectu dignitate. & potestate uirtute. & operationem. Quando quidem
nec hominem diuersa natura est quorum separabilia opera esse possunt.
quod trinitatis ee̅ non possunt. Ordo autem gradus. affectus. qui inuenitur in
creaturae disparilitate & infirmitate. nullus ē in illa quoq; aeterna & aequa
li & in passibili trinitate. Dignitas uero. potestas. uirtus. quomodo non aequa
lis est omnibus. qui eadem & similiter operantur. Quod enim dicunt eos ope
ratione diuersos. hoc omnino falsum ee̅ conuicimus.

XXXVI. Quod autem in isto sermone subnectunt. in possibile ee̅ ut unus idem quae sit pat̅
& filius. generans & nascens. cui testimonium perhibetur. & qui testimonium
perhibet. maior & his qui maiorem confitetur. his qui ad dexterā sedet & stat.
Et his qui sedis dat honorem. qui missus ē. & his qui misit. Nec discipulos &
doctor ut ipse docuit dicens Sicut docuit me pater sic loquor similis. &
imitator. & his cuius ē similis. & quem imitator; his qui orat. & his qui exaudit.
his qui gratias agit. & his qui benedicit. His qui suscipit mandatum. & his qui
dedit mandatum; minister & praecipiens; supplex & eminens; subditus. &
superior; Unigenitus & ingenitus; sacerdos. & ds̅; Ex parte aliqua uerissi
me dicunt. sed ea contra sabellianos. non contra chatolicos dicant; Illi enī
unum & eundem dicunt filium esse qui pater. ē; Nos autem patrem
gignentem. & filium genitum duas dicimus esse personas. sed non duas di
uersasq; naturas; Non ergo unus & idem. ē. pater & filius. sed unum sunt pa
ter & filius; Quod uero maior. ē. pater. non pertinet ad naturā gignentis
& geniti. sed hominis & dī. secōndum quam formā suscepti hominis ad dexte
ram patris. sed ut uel stat. & orat. & gratias egit. & sacerdos ē.
& minister. ē. & supplex est. & subditus. est; Secundum aut̅ formam dī
in qua aequalis ē patri unigenitus. ē. & gignenti coaeternus; Et licet sit primo
genitus omni creaturae quia in illo condita sunt omnia. priusq; ille est
genitus quam haec condita. tamen sempiternus ē sicut pater

totum bene

Neccepit & tempore; nam & patrem [illegible] rectissime dicimus priorem esse quam uniuersa
quæ condidit. quam uis genitus non [illegible] sit; nihil enim tam primum quam id ante quod
nihil est; sed sicut nihil est ante patrem. Ita nihil ē ante unigenitum filium patri utiq;
coæternū. [illegible] neque enim quia ille genuit. ille genitus est. ideo est pater tempore anterior;
Nam si inter patrem gignentem & genitum filium aliquod tempus est. profecto tempus ē
ante filium. et non est iam filius primogenitus omni creaturæ. Quia et tempus utique
creatura est. nec omnia per ipsum. si tempus ante ipsum; sed omnia per ipsum. Nullum
ergo tempus ante ipsum; ac per hoc quemadmodum ignis et isplendor qui & igni gignitur
& circumquaq; diffunditur simul esse incipiunt. Nec genitus a gignente præceditur.
Sic dñs pater. & dñs de dō filius simul esse incipiunt. quia pariter sine ullo initio temporis
sunt. Nec genitus a gignente præceditur; Et sicut ignis gignens & splendor genitus
coæui sunt. Ita dñs pater & gignens. & dñs filius genitus coæterni sunt; Sed quia iste ē
de illo non ille de isto. ideo & mandatum accepit a patre cum mandatum ipse sit patris.
Sed docet eum pater. cum ipse sit pater na doctrina; sic enim accipit a patre uitam. cum sicut
pater ipse sit uita. Ita est et patri similis. ut in nullo sit omnino dissimilis; testimoniū
uero cum inuicem sibi perhibeant pater & filius. Quomodo isti alterum eorum faci
ant testimonium perhibentem. et alterum cui testimonium perhibeatur ignoro.
Nonne pater dicit. hic est filius meus dilectus; Nonne filius dicit. testimonium per
hibet de me qui me misit pater; Qur ergo eos ita distingunt. ut patrem dicant
cui testimonium perhibetur. et filium qui perhibet; Qur usque ad ista sunt uani;
usque ad ista surdi. usque ad ista cæci:. LXXXVIII.

De patre autem mittente. et misso filio. iam in superioribus huius dispu
tationis partibus satis abundeque tractatum est; Numquam sane
ut inpietas ista delirāt pater præsciuserat se. unigeniti dī patrem futurum.
quia numquam non pater erat habens filium coæternum et generans sine
tempore per quem condidit tempora; Et sicut dñs se non præsciuit futurū
quod semper erat. sic nec patrem quia cum filio semper erat. nec magno filio
maior. nec bono melior. Quia n̄ patri tantum sed uniuersæ trinitati dictū
est. tu es dñs solus magnus; nec de patre tantum. sed de uniuersa trinitate

recte intellegitur dixisse idem filius. Nemo bo[illegible]nus nisi unus ds. Quando eum
apellauit magistrum bonum qui eum non dū intellegebat dm̄. Tanquam si diceret
si uocas bonum intellege dm̄. Nemo enim bonus nisi unus ds; trinitas ergo unus ds
solus magnus et bonus. cui uni & soli sicut precepit lex eius. illa quae latria [illegible] dicitur
xxxviiii. seruitute seruimus. Absit autem ut dicamus humilitatis non ueritatis gratia filiū
aliquando sic loqui ut se patri subiciat. eumque maiorem esse testetur; nouimus quippe
in filio formam serui non fictam simulatamque sed ueram. propter quem scilicet
humanum habitum. et propter quod ipse de patre non pater de ipso ds est. dicit illa omnia
de quibus isti occassionem accipiunt. diuersas patris et filii credere ac predicare naturas;
Et cum se tanta ista uoragine inpietatis immergant. nos tanquam ob probrio
noui nominis Omusianos uocant; Ita enim sese habet catholicae ueritatis antiqui
tas. Ut ei omnes heretici diuersa nomina inponant. cum ipsi sua singula sicut
ab omnibus apellantur optineant; Arriani quippe et eunomiani non aliter & ici
nos uocitant. Omusianos. quia contra eorum errorem grecouocabulo. Omusion
defendimus patrem et filium et spm̄ scm̄. idest unius eiusdemque substantiae.
Uelut expressius dicatur. essentiae. quae usia grece apellatur. Quod planius dicit
unius eiusdemque. naturae; Et tamen si quis istorum qui nos. Omusianos uocant
filium suum non cuius ipse esset sed diuerse diceret esset naturae. ex here dari se ab eo
mallet filius quam hoc putari; quanta itaq; isti inpietate cecantur. Qui cum con
fiteantur unigenitum dī filium. Nolunt eiusdem naturae cuius pater est confiteri.
Sed diuersae atque in paris & multis modis rebusq; dissimilis. Tamquam non de dō
natus. sed ab illo de nihilo sit creatus. ac per hoc et ipse creatura et gratia filius non
natura; Ecce qui nos quasi macula nominis uocant. Omussianos. nec seipsos
cum ista sentiunt intuentur insanos; Quod autem ante omnia saecula fatentur filiū
quomodo non sibi ipsi contrarii sunt eum natum dicere ante omnia saecula cuius
natiuitati anteponunt ali quid temporis. quasi non aut saecula aut seculorum partes
quaecumq; sint tempora; Quod uero dicit apostolus. etiam in futuro saeculo patri
filium subiectum futurum ubi ait. Tunc et ipse subiectus erit ei. qui illi subiecit
omnia. Quid mirum quando quidem illa in filio forma humana mansura est.

quasemper maior est pater. quam uis non defuerint quillam tunc subiectionem ipsius
humane formæ indiuinam substantiam commutationem intellegendam putauerint.
Tanquam hoc cuiq; rei subiciatur. quod in eam uertitur et mutatur; Sed nos quid hinc
sentiamus ostendimus. magis ideo dixisse apostolum &iam tunc patri filium subiectũ
futurum. ne quis in eo putaret spm et corpus humanum aliqua conuersione peri
turum. ut sit dis omnia non tantum in illius unius forma hominis. sed in omnibus. id est
ut habendum uitam et satiandum in bonis desiderium nostrum. natura diuina sufficiat
Tunc enim dis omnia erit in omnibus. cum preter ipsum nihil omnino habere uelleceperimus
Omnia quippe ipse nobis erit. quando ipso sufficiente nihil deerit. Iussum uero ob au
disse filium antequam acciperet carnem unde isti &istiment nescio an accipere
carnem iussus est. ut hoc uideatur fecisse. iussus quod fecit missus. Iterum ergo ad illa
redeant que superius disputata sunt et querant atque inueniant si possunt. pater
unico uerbo quo alio iusserit uerbo. utrum dignum fuerit ut temporalis subentis
uerbo uerbum subderetur aeternum. Atque hinc intellegant quam oneum patris
iussio tanquam sua non fuerit potestatis. Sed semetipsum &inanuit formam
seruiaccipiens; Quod autem humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem.
Iam utique acceperat carnem arbitror me ad omnia respondisse que continet arrianorum
sermo. Quinobis ut ei responderemus aquibusdam fratribus missus est. qui ut possit
inspici ab his quihec legunt et utrum ad omnia responsum fuerit explorare deside
rant. huic eum nostre disputationi prescribendum putauimus. ut prius legat
ipse. ac deinde nostra responsio, quoniam non ubiq; textum uerborum eius
interposuimus. ne nimis longum faceremus hocopus nostrum. quod tandem isto fine
concludimus.

EXPLICIT LIB. AURELII AUGUSTINI RESPON
DENTIS. CONTRA ARRIANORUM PERFIDIAM.

INCIPIT LIB PRIMUS AURELII AUGUSTINI EPI CONTRA MAXIMINU ARRIANORU EPM

Disputationi maximini arrianorum episcopi. Cuius prolixitate spatium diei quo presentes conferebamus adsumpsit. Responsionem debitam reddens ad ipsum loqui utque debeo siue adhuc existimet contradicendum esse cum legerit. siue dno in ineius corde mirabiliter operante manifeste consentiat ueritati. Quid tibi uisum est homo arriane tam multa dicere. et pro causa quae inter nos agitur nihil dicere. quasi hoc sit respondere posse. tacere non posse. prius itaque ostendam refellere te non potuisse quae dixi. deinde quantum necessarium uidebitur. ego refellam quae ipse dixisti. ego certe respondens uerbis tuis ubi aisti a uobis unum dm coli. Consequens e inquam ut aut non colatis xpm aut non unum dm colatis sed duos. Ad hoc tu respondere conatus. multum quidem locutus es adserens quod et xpm dm colatis. Sed duos deos a uobis coli quam uis non negaueris. tamen non ausus es confiteri. sensisti enim duos deos colendos. xpianos aures ferre non posse. O quam de proximo te corrigeres si timeres credere quod dicere timuisti. Cum enim clamet apostolus corde creditur ad iusticia ore autem confessio fit ad salutem. Si ad iusticiam putas pertinere quod credis. Qur hoc ad salutem etiam ore non confiteris. Si autem duos deos colendos ad salutem non pertinet confiteri. sine dubio nec ad iusticiam pertinet credere. Qui ergo non uis tali confessione reum teneri ostuum quare non mundas a tali credulitate cor tuum. Tene cum catholica fidem rectam non te pudeat emendare peruersa. Tene cum chatholica patrem quidem non esse qui filius e. & filium non esse qui pater e. & dm ee patrem et dm esse filium. Uerum tamen ambo simul non duos deos esse sed unum. isto modo solo fiet ut & patrem colas et filium. Nec tamen duos deos colendos dicas ee sed unum. ne reatu inpietatis tua conscientia conpungatur. Quando sonuerit in auribus tuis dicta diuina quia nullus ds nisi unus. et audi israel dns ds tuus dns unus e. ut quando audis dnm dm tuum adorabis et illi soli seruies. securus possis non soli patri

sed etiam filio eaque uni dō debentur seruitute seruire: Memento ergo non te
Tii respondisse ad illud quod obiceram non auobis coliunum dm̄ sed duos. Secundo loco
egit tecum de uerbis tuis ubi dixeras dm̄ patrem ad humana non descendisse contagia
quasi xp̄s illa in carne perpessus sit. Et admonui quomodo contagium intellegi soleat
non utique nisi in aliquo uitio a quibus omnibus immunem nouimus xp̄m. nec ad hoc quic
quam respondere potuisti. Testimonia diuina quae abste commemorata sunt
nihil te adiuuare potuerunt. Non enim eis probare potuisti humano xp̄m atta
minatum esse contagio. Quod enim apostolum dixisse conmemoras quō xp̄s cum
peccator non esset peccatum pro nobis fecit. Lege diligentius et ne forte mendo
sum incurreris codicem aut latinus interpres errauerit. Grecum inspice & inue
nies non xp̄m pro nobis fecisse peccatum. sed a patre dō ipsum xp̄m factum esse pec
catum. Idest sacrificium pro peccato: Ait enim apostolus. obsecramus pro xp̄o re
conciliari dō eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit: Non ergo
fecit ipse peccatum sed eum ds̄ pro nobis peccatum fecit. Hoc est ut dixi sacrificium
pro peccato. Si ergo recolas uel re legas inuenies in libris ueteris testamenti peccata
apellari sacrificia pro peccatis. Similitudo etiam carnis peccati in qua uenit ad
nos dicta est et ipsa peccatum. Misit inquid ds̄ filium suum in similitudine carnis
peccati et de peccato damnauit peccatum in carne. Hoc est de similitudine car
nis peccati que ipsius erat. damnauit peccatum in carne peccati quae nostra est
Propter hoc etiam de illo dicitur. quod enim mortuus est peccato mortuus est
semel. quod autem uiuit. uiuit dō. Peccato enim mortuus est quia similitu
dini carnis peccati mortuus est. quando moriendo exutus ē carne. Ut per hoc
misterium significaret eos qui in morte ipsius baptizantur mori peccato.
ut uiuant dō. Sic etiam per crucem factus ē pro nobis maledictum. pendens in
quippe in ligno. mortem que de maledicto deuenerat suspendit in ligno. atque
uetus homo noster simul confixus est cruci. ut non mendaciter dictum in lege.
intellegatur. maledictus omnis qui pendet in ligno. Quid est mcc le dictus nisi
terra es et in terram ibis. Et quid est omnis nisi quia et ipse xp̄s qui cum esset
uita mortuus est tamen uera morte non ficta. Si intellegas ista misteria

simul intelleges non esse contagia; Sed quid ad nos. si more tuo loquens contactum forte mor-
talium uoluisti apellare contagium. cum tamen nobiscum sentias dn̄m ihū̄m nec in spū̄
nec in carne ullam habuisse peccatum.

III. Tertio loco de inuisibili dō cum agerem ammonui ut crederes inuisibilem non solū
patrem sed etiam filium secundum diuinitatem non secundum carnem. In qua
eum uisibilem mortalibus apparuisse quis negat. Unde et alio loco postea dispu-
taui. Tu autem cedens manifestissime ueritati consensisti esse inuisibilem filiū.
ac per hoc destruxisti quod dixeras. unum inuisibilem patrem. sed rursus tua
consensione turbatus. Quia inuisibilem etiam filium esse consenseras. ausus es dicere
minora uideri a maioribus. maiora uero a minoribus non uideri. Dicens angelos
uideri ab archangelis. animas ab angelis. angelos uero ab anima non uideri.
Unde etiam xp̄m secundum diuinitatis suae substantiam. non solum ab hominibus
sed nec a uirtutibus celestibus uideri ad seris. Ideo patrem solum inuisibilem esse dixisti.
quia superiorem non habet a quo circumspiciatur. Dic nobis rogo te quando tibi in-
dicauerunt archangeli quod ipsi uideant angelos non autem uideantur ab angelis.
quibus narrationibus angelos cognouisti quod ipsi uideant. animas. animae illos
non uideant. A quo haec audisti. unde didicisti. ubi legisti. Non melius diuinis
libris animum intenderes. ubi legimus et ab hominibus angelos uisos. quando uolu-
erunt et quomodo uoluerunt uideri. Iubente uel sinente omnium creatore.
Verum tamen qui dixeras ideo solum dicendum inuisibilem patrem. quia non habet
superiorem a quo circumspiciatur. Confessus es postea filio esse uisibilem
contra te ipsum proferens euangelicum testimonium. Ubi dicit ipse filius. non quia
patrem uidet quis. sed qui ē a dō. hic uidit patrem. ubi te quidem ueritas apertis-
sime uicit. Sed tu nolens a berrorem liberari. noluisti salubriter uinci; Cum enī
contra te conmemorasses euangelicum testimonium. quo claruit a filio uideri
patrem dicente ipso filio. sed qui est a dō hic uidit patrem.[1] Interim quod dixeras
perdidisti. solum esse inuisibilem patrem. quia non habet superiorem. quando
quidem ueritate uictus eum uideri ab inferiore confessus es. Uos enim dicitis
inferiorem filium. a quo tamen patrem uideri teste filio cogente dixisti.

[1] mox addisti de tuo. sed uidit incapabilem.

de incapabili. postea uidebimus ut etiam illic te ueritas uincat. Non enim de capabili & incapabili.
sed de uisibili et inuisibili inter nos questio uersabatur. In qua quæstione si tibi ipsi
tu ipse uisibilis es uictum esse te uides. IIII.

Quarto loco egi tecum de inmortali dō etiam filio quoniam tu illud quod ait apostolus
qui solus habet inmortalitatem sic intellegi uoluisti tanquam de solo patre sit
dictum. Ille hoc non de patre dixerit sed de dō quod est & pater et filius et spūs
scs. ostendi ergo et filium habere inmortalitatem. Secundum substantiam
diuinitatis suæ. Nam secundum carnem quis negat eum fuisse mortalem
Tu autem cum mihi respondere adhunc locum ueller per spicua ueritate conclusus
etiam dm̄ filium inmortalitatem habere confessus es. Uictus es igitur in eo quod
dicebas de patre tantum dixisse apostolum quod solus habeat inmortalitatē;
neque enim propter ea uinculis ueritatis elaberis quoniam dicis habet quidem
filius inmortalitatem sed accipiens a patre; non quæritur unde habeat sed
utrum habeat; tu enim de patre solo uis intellegi quod scriptum est. solus habet
inmortalitatem. prorsus a nullo acceptam pater habet inmortalitatem & a patre acceptā filius habet inmortalitate
Alioquin si eam non habet filius. pater eam non dedit filio aut acceptam perdidit
filius; dedit autem pater. nec perdidit filius. nec pater dando perdidit. quod gene
rando dedit; habet ergo inmortalitatem et pater et filius non pater solus.
Cogeris itaque confiteri non de solo patre dictum esse qui solus habet inmor
talitatem Habet aūt hanc solus sed dr̄ quod non solus est pater. quia & hoc est
& filius. et uterque adiuncto spūs cō. unus dr̄. Sed quare solus dr̄ dictus sit habere
inmortalitatem cum et anima pro suo modo sit inmortalis & alia spiritalis
celestisque creatura postea uidebimus; nunc autem sufficit nobis quod ad
ea quæ dixi nihil respondere potuisti Et non solum patrem sed quam uis
ab ipso habere tamen inmortalitatem etiam filium coactus es confiteri.

V. Quinto loco ostendi unde maior sit pater filio quia non dō maior est unde
illi coeternus est filius Sed homine maior est. quod ex tempore factus est filius.
Ibi commemoraui apostolicum testimonium. Quia cum in forma dī esset
non rapina arbitratus est ēē æqualis dō: natura quippe illi fuerat dī

ęqualitas. nonrapina; adquod tur espondens dixisti quis enim negat filium ēē in forma
S MAXIMINUS
dī quod enim sit dñs. quod sit dñs. quod sit rex. Iamputo latius exposuimus. et quia non
rapina arbitratus est ēē æqualem dō. Hoc nos beatus apostolus paulus instruit.
AVGVS
quod ille non rapuit. nec nos dicimus; hæc uerba tua non solum nihil habent aduer
sus nos. sed magis apparent esse pro nobis. Si enim confiteris dī formam. Qui non
aperte dī filium dō confiteris æqualem. præsertim quia de uerbis apostoli ubi ait
Non rapina arpitratus est ēē æqualis dō. Non potuisti pro tuis partibus inuenire
S MAXIMINUS
quod diceres. et quia hoc dixisse apostolum non potuisti negare. ideo dixisti quod
S AVGVS
ille non rapuit; nec nos dicimus tamquam hoc sit non rapuit quod est non habuit. Id est
æqualitatem dī. atq; ita dictum sit non rapina arbitratus est esse æqualis dō. ac si diceret
S MIRE
non arbitratus est esse rapiendam æqualitatem dī eo quod ab illo fuerit aliena. Rap
S ñ rapina idē sed
uertitate
tor enim rei alienæ usurpatur est. Tamquam hoc filius cum possit rapere noluisset.
quod uides quanta insipientia sentiatur; Ergo intellege apostolum ideo dixisse non
rapina arbitratus est esse æqualis dō quia non alienum arbitratus est esse quod na
tus est. sed tamen quamuis æqualitatem dī non fuerit arbitratus alienā. sed suā.
semet ipsum exinaniuit. non quærens quæ sua sunt. sed quæ nostra sunt; Quod
ut noueris ita esse. attende unde ad hoc apostolus uenerit. cum enim xp̄ianis
humilitatem præciperet caritatis. alter alterum inquit existimantes superiorē
sibi. non quæ sua sunt unusquisque intendentes. sed quæ aliorum. deinde ut exem
plo xp̄i hortaretur non sua quærere uel intendere. sed quæ aliorum sunt singuli
quique. hoc inquid sentite in uobis quod et in xp̄o ihū Qui cum in forma dī esset
quæ illi erat sua non rapinam arbitratus est esse æqualis dō. sed tamen quærens
elegantissime
nostra non sua semet ipsum exinaniuit. non formā dī amittens sed formam
serui accipiens. Non enim est mutabilis illa natura ut se exinaniret perdendo
quod erat. sed accipiendo quod non erat. Nec consumendo quæ sua sunt. sed ad su
mendo quæ nostra sunt. Ac deinde in formam serui obediendo sicut homo usq;
ad mortem crucis. propter quod eum exaltauit et donauit ei nomen quod est
super omne nomen et cetera. Homini ergo donauit ista non dō; neque enī
cum in forma dī esset non excelsus erat. aut non ei genua flectebant cælestia

ter restria et inferna. Sed cum dicitur propter quod eum exaltauit satis apparet propter
quid exaltauerit. id est propter obedientiam usque ad mortem crucis. In qua ergo forma
crucifixus est. ipsa exaltata est. ipsi donatum est nomen quod est super omne nomen.
Ut cum ipsa forma serui nominetur filius unigenitus dī. non itaque facias in parem dō
formam dī. quod nec ipsis hominibus dici potest. nam cum dictum fuerit iste homo in forma ē
illius hominis. nemo intellegit nisi æqualis. An forte non uis sic accipere quod dictū
est. cum in forma dī ēē. aut formam dī patris intellegas filium. ubi nihil aliud quam
æqualitas apparet amborum. Sed in forma dī putas intellegendum in forma sua.
quia et ipsum utiq; dr̄ est. nemo multum curiosi etiam sic intellegas. ubi enim pleni
tudinem formæ ætatis incrementa non faciunt. sed dō gignente perfectus natus
est filius. procul dubio si forma filii formæ patris non est æqualis. non uerus est
filius. Scriptum est autem. ut simus in uero filio eius ihū xp̄o. Forma igitur ueri
filii. formæ dī patris. esse non potest inæqualis. proinde nec hic loco prosecutionis
meæ ubi de uerbis apostoli æqualem patri filium conprobaui. respondere aliquid
pro uestra intentione potuisti.

VI. Sexto loco. ut eiusdem naturæ cuius et pater est ostenderē filium. etiam mortalium
fetus animalium. in manitatiuestre erroris obieci. increpans coruestrum. qui eiusdē
naturæ cuius est pater. negatis ēē dm̄ filium. quam uis uerum esse filium non negetis.
cum dr̄ ipse dederit animalibus hoc generare quod ipsa sunt. ubi non solum hominis
hominem. uerum etiam canis canem filium nominauit. non ad similitudinem dī.
sed ad confusionem detrahentium filio dī. qui cum uideant corruptibiles mortalesq;
naturas. habere tamen naturæ de suis parentibus unitatem. Filio dī uero noluit
concedere communionem naturæ unius habere de patre. cum sit inseparabilis
a patre et incorruptibilis æternusq; cum patre. Unde etiam dixi quod melior
sit secundum uos humana conditio. ubi conceditur crescere ut adrobor paren
tum uel crescendo possint filii peruenire. Filius autem dī sicut dicitis et docetis
minor patre genitus. sic remansit. atq; ut ad patris formam non posset peruenire
nec creuit. Hic tu ut apparet quam magna ueritatis mole premereris omnino
ad rem non respondisti. sed tamquam deficientis flatus hanelares. reprehendendū

§ MAXIMINUS
§ MIRE

me putasti dicens: quodtam fedæ comparatio de filio scilicet hominis siue canis in illa
tantam Inmensitatem producinondebuit. hocrespondere est. unpotius inopiā
responsionis ostendere. quasi ego propterea terrenarum naturarum istas exempla
produxerim ut incorruptioni corruptionem Inmortalitatitatem mortalitatē.
Inuisibilibus uisibilia æternis temporalia coæquarem. Aenon potius uttuos
inmagnis etsummis rebus erranter de rebus paruis infimisque conuincerem.

§ optime

quinon uidetis bonum quod creator summe bonus dedit etiam extremis uili
busq; creaturis. ut cum longe aliud sint quam est ipse. hoctamen generem quod
sunt ipse. Necadtendritis quidmalidicatis ut cum homines et canes et cetera
huiusmodi habeant filios uerosquos illis gignentibus creat uerttas nonsit
uerus dei filius ipsauerttas. Aut si sca scriptura cogente permittitis ut ue
rus filius sit rogamus permittite ut degener nonsit. et degener quomodo
audiant catholici unde erupescant heretici. filius uiri fortis si non habeat
fortitudinem degener dicitur. tamenhomo est quod et pater est. atq; indissi
miliut ratione est tamen aliena substantia. Vos unigenitum dei filium tadegenere
uultis. ut ipsam patris eisubstantiam denegetis. minorem natum. minorem remanſ
sisse lastatis. nonullam datis ætatem. qua possit augeri. nondatis eandem formam
quapossit æquari. Cuius naturæ tanta subtratis. miror uerum filium quasfonte
dicatis. Nisi infelicissimo errore non uosputatis adunius patris gloriam nisi
per unicifilii contumeliam peruenire.

§ demagnitudine filii

VII

Septimoloco dixi usque adeo autem filium agnoscimus magnum dm. ut patri
dicamus æqualem. Itaq; sinecausa inquam nobis quodualde profitemur
testimonius etmultiloquio probareuoluisti. et iuuerbis meis addidisputa
tionem. Inquaratione reddidi. quarefilius cumsit patri æqualis. dicat eum
tamen dm suum. ubiait ascendo adpatrem meum. et patrem patrem uestri
dm meum et dm uestrum. Quoniam tucommemorauerat hoc euangelicū
testimonium quo te probare existimasti quod patri filius nonesset æqualis.
Ego itaque tibiadista respondens dixi patrem propterea etiam dm esse unige
niti filii. quoniam factus est homo et natus ex femina. et hoc esse quod dicit

in psalmo ubi quod futurum fuerat prænuntiauit de uentre matris meæ ds̄ m̄s estu
ut ostenderet patrem hinc esse dm̄ suum quia homo factus est. homo enim de uentre
matris est natus. et secundum hominem de uirginem natus est ds̄. ut non solum
pater illi eēt qui eum de se ipso genuit uerum etiam ds̄ eius esset. quem de uentre
matris hominem creauit. Ad hec tu cum respondere uoluisses multa dixisti et multa
testimonia quæ tenihil adiuuant protulisti. Quomodo tamen dictum sit de uen
tre matris meæ ds̄ m̄s estu quamuis eadem scripturæ scæ uerba memorasses.
Nullo modo inuenire potuisti: qur autem in eo loco posueris psalmi alterius testi
monium ubi scriptum est Tecum principium in die uirtutis tuæ in splendorib;
scōrum ex utero ante luciferum genuite. Omnino non uideo; non enim filii MIRE 3
persona est dicentis ex utero tuo aut de uentre tuo ds̄ m̄s estu Illa ineffabilis
generatio etiam si ex utero patris accipitur hoc significatum est quia de se ipso
hoc est de substantia sua ds̄ dm̄ genuit sicut ex utero matris quando natus est
homo hominem genuit Ut intellegeremus in utraq; generatione non di
uersas eius quis est natus sed eorum de quibus ē natus esse substantias.
diuersa quidem substantia ē ds̄ pater. et homo mater. Non tamen diuersa
substantia est ds̄ pater et ds̄ filius. sicut non est diuersa substantia homo mat̄
et homo filius Sed audi quid dicat in profetia iste filius. de uentre inquid
matris meæ ds̄ m̄s estu Noli multis uer[illegible]bis ad rem non necessariis conari
operire res claras. qui est pater filio & utero [illegible] suo. de uentre matris est
VIII ds̄ eius non de suo. Ad hoc ergo prorsus nihil [illegible] respondere potuisti; S OPTIME
[illegible]ctauo loco de subiectione qua subiectus est [illegible] patri filius respondi tibi
Quoniam dixeras de subiectione unum statuit dm̄ Respondi ergo
etiam hoc secundum hominem recte accipi quod filius subiectus est patri
neque hoc esse mirandum cum legatur utique secundam ipsam serui for
mam etiam parentibus subditus. Et de illo sit scriptum minorastieum
paulominus ab angelis. Ad quod tu quasi respondens dixisti me optime
pro secutum. quoniam et parentibus propter formam serui esse & subiectus
Deinde uolens ue lud pro te esse ostendere quod contra te esse cernebas.

Ac sic incautis minusq; attentis hominibus quicumque essent ista lecturi tamquam
responderi tem te facere ubi quod diceres non habebas adiungis & dicis si enim
parentibus subiectus inuenitur quos ipse creauit. Quia omnia per ipsum
facta sunt. nec enim post tempora sed ante tempora nouimus filium genitum
a patre. Si ergo parentibus inquis subditus ut diuinarum scripturarum
auctoritas luce clarius predicat. quanto magis utique illi suo genitori est
subditus. Qui tantum ac talem eum genuit secundum quod ait paulus.
Cum omnia fuerint filio subiecta tunc & ipse filius subiectus erit illi qui
sibi subiecit omnia. Haec uerba tua possent a me putari dicta esse. & omnino mea
nisi te audientibus cum dicerentur et postea haec cuncta legentibus euidenter
appareret te illa dixisse. quis enim crederet consentire posse uos nobis secundum
formam serui ac per hoc non secundum formam dei xpm esse subiectum.

VIIII.

Nono loco abste quae siuimus ut per scripturas diuinas ostenderes si ualeres
Utrum adoraret patrem spus scs. hoc enim dixeras. Sed sicut ipsa tua pro
secutio cui respondi satis indicat. non probaueros ad hanc ergo inquisitio
nem meam uide quid posteriore prosecutione responderis. Cum enim
dixisses quantum uoluisti de iudicio filii. quod et nos fidelissime credimus.
Et de subiectione quam secundum formam serui filium patri reddere
non negamus. Ubi uenisti ut proba[illegible]res a sco spu adorari patrem. Redisti
ad illos gemitus de qui[illegible]bus ti[illegible]bi iam antea responderam secun
dum morem scarum [illegible] scripturarum qua locutione sit dictum
Et ipse sps interpellat [illegible] gemitibus inenarrabilibus. Ne credamus
spm scm numquam esse sine gemitibus posse. Quoniam nullus dies nulla
hora nullum momentum temporis inuenitur quo non a scis orationes
do ubicumq; funduntur. ab aliis hic. ab aliis alibi. cum tamen ab orationib
scorum nullum sit tempus immune. Quando quidem diebus ac noctib
cum alii cibo ac potu reficiuntur. alii quodlibet aliud agunt. alii dor
miunt. non utique desunt quos desiderium scm orare conpellat.
Ita fit ut sps scs qui ubique omnibus adest. aliquantulum cessare

§ MAXIMINUS

§ AUGUS

§ id est interpella
§ refacit

§ potent

agemitibus non sinuntur. quod est extreme miserie. cum pro quibus
cumque orantibus cogitur gemere. nisi gemitibus inenarrabilibus interpellare
sic intellegatur. ut dixi id est quia gemitibus scorum desideriorum interpellare
scos facit. quibus affectum pium gratie spiritalis infundit. Sed cum similes
locutionum modos quando per efficientem significatur id quod efficitur. quia
sicut fugus pigrum dicimus quia pigros facit. et diem tristem uelletem. quia tristes
uelletos facit. Etiam descripturis scis conmemorauerim ubi ds dicit ad abraham
nunc cognoui quod nihil est aliud quam nunc ut cognosceres feci. quos locutio
nis modos de diuinis eloquiis a me prolatos quomodo aliter interpretareris
non inuenisti. Nullomodo utique ad istos gemitus redire debuisti. nemo enim sic de
spu sco sapit nisi qui secundum carnem non secundum spum sapit. Quamuis
& si tibi concederetur quomodo tu sentis sic spu scm interpellare pro scis. aliud e
interpellare uel orare. aliud adorare. Omnis qui orat non omnis qui rogat
adorat. Recole consuetudinem regum qui plerumque adorantur. & non rogant.
aliquando rogantur. et non adorantur. Ac per hoc a sco spu adorari patrem
nullomodo demonstrare potuisti.

x. Decimo loco egite cum. ut intelleges quomodo per inefabilem copulationem
sit unus ds ipsa trinitas. quam didicimus unius esse substantie. quando quidem
etiam diuersas substantias inuenimus hoc est spm hominis & spm dni
per copulationem qua homo adher & dno unum spm dictum ubi ait apostolus
qui autem adheret dno unus sps est. Ad quod tu respondens uel potius
non tacens. conatus es ostendere quomodo pater & filius unum sint non uni
tate nature sed uoluntatis. Hoc quidem dicere soletis. sed tunc soletis cum
uobis obicitur quod ait dns ego et pater unum sumus. Ego autem hoc loco
non hoc uolui probare quod pater et filius et sps scs unum sint. quod quidem
propter unitatem substantie fidelissime credimus. sed quod eadem trini
tas unus est ds. Aliud est quippe unum sunt. aliud unus est ds. discerne
est. & sunt. nec ait apostolus. qui adheret dno unum sunt. quoniam
diuersa substantia est. Sed ait qui adheret dno unus sps est. si autem uos

l. ñ enim tunc ds dicendus est cognouisse qd ante quam fieret nunquam potuit ignorare

cum de duobus dicitur unus est. et dicitur quid unus sicut dixit apostolus
unus spus est. hoc idem putatis esse quod est. cum de duobus dicitur unum sunt
nec dicitur quid unum sicut ait saluator. ego et pater unum sumus. Qur
non dicitis pater et filius unus ds est. quare quando auditis audi isl dns ds
tuus dns unus est de patre tantum uultis intellegi nempe pater dns ds e.
& filius dns ds est. Cur non apud uos uterque unus dns ds est. Sicut apud
beatum apostolum spus hominis & spus dns unus spus est. Quid autem pro de est
causę uestrę quia per consensionem uoluntatis hoc dicitis fieri quod quidē
ita fit. sed ubi est diuersa natura sicut diuersa natura est hominis et dni
et tamen qui adherer & dno per consensionem utique uoluntatis unus spus e.
Si ergo non uultis per unitatem substantię certe per consensionem uolunta
tis dicit & amen aliquando dicite quo quomodo dicite pater et filius unus ds est.
Sed non dicitis. ne quod nunquam uoluistis. cogamini confiteri de utroque
dictum esse non de patre solo. audiisrl dns ds tuus dns unus est: Quoniam
scm spm non uultis dm non uultis dnm confiteri. Dicite in quam ratione qua
uultis pater et filius unus dns ds est ut patri & filio seruientes non duobus
diis & duobus dominis. Contra præceptum di et dni unius seruiatis nunc
de hac re satis dictum sit. puto cum ista legeris nihil te respondere potuisse
ad id quod de apostolo commemorabi qui adheret dno unus spus est. si con
tentionem deposueris non negabis.

XI. Undecimo loco dm esse spm scm de templo eius quod nos ipsi sumus teste
apostolo ostendi ubi ait. Nescitis quia templum di estis et spus di habi
tat in uobis. Et iterum nescitis quia corpora uestra templum in uobis
est spus sci quem habetis a do. Tu autem ad ista respondisti nihil. ai sti
enim suscipio quæ protulisti. nescitis quia templum di estis et spus di habitat
in uobis. Neque enim ds inquis habitat in homine quem non ante spus scs
sci ficauerit atque purgauerit. Atque isto modo intellegi uoluisti non
spm scm esse dictum dm. nec templum spus sci nos esse sed di. et hoc esse dictū
templum di estis. sed ideo additum spus di habitat in uobis. quia purgat

S MAXIMINVS

S AVGVS

spr̄s scī templum dī non suum. ut cum ipse pur gauerit. tunc illic inhabi[bi]t & dr̄.
quem sensum tuum quanta sequatur absurditas nolo nunc dicere. Illud
enim nunc ostendere debeo quomodo multa dicendo nihil quod ad rem per
tinet dixeris. dimisisti enim causam et pererexisti in laudem spr̄s scī. tamq; copiose
contra te ipsum exsecutus es. contra te ipsum Ideo dixi. quoniam non uis eum dice
re dm̄. cuius tantam diuinitatem per laudem coactus es confiteri. ut cum
sit unus ubique sit presens et nemini scīficando desit. Ubicumque quisq;
xp̄i anus esse & dm̄ orare uoluerit simul se omnibus exhibendo siue in ori
ente siue in occidente baptizentur in xp̄o. hoc et nos dicimus talem actan
tum absit a nobis ut eum negemus dm̄. quod exiā per suum templum quod
nos ipsi sumus citissime et facilli me ostenditur. neque enim nisi dr̄ noster
esset. templum nos ipsos habere potuisset Quod tu ut occultares
& in sermone tuo mentes hominum a luce ueritatis auerteres. de tem
plo dī quod cumq; dixisti quem noluisti intellegi spm̄ scm̄. De templo
autem spr̄s scī quod apertissime demonstratum est omnino tacuisti. Cum
enim tibi duo testimonia pauli apostoli proposuerim. Unum ubi ait nesci
tis quia templum dī estis & spr̄s dī habitat in uobis. Alterum ubi ait nescitis
quia corpora uestra templum in uobis est spr̄s scī. Quare tam fraudulenter
egisti ut unum horum commemorares. Quod dictum est. templum dī estis
et alterūtrum taceres quod dictum est. corpora uestra templum in uobis ē
spr̄s scī. Cur hoc fecisti rogote. nisi quia nullo pacto posses argumentari.
Quocmodo dr̄ noster non esset qui templum nos ipsos haberet. quem sine
dubio dm̄ cognosceremus. Si et templum de lignis et lapidibus per diuinam
scripturam facere iubemur. ∫xii.

Duodecimo loco admonui te proferres si posses qua diuina auctoritate sit
dictum quod unum sint ubi substantiae sunt diuerse; tu autem respon
dere ad hoc uolens nihil tale proferre potuisti. Sed magis coartatus
angustiis affirmare ausus es. quod apostoli unum sint cum patre
& filio. quod xp̄s omnino non dixit. sic enim abste dictum est. tam

per consen
sionē

quam pater et filius et apostoli unum sint; Xp̄s autem non ait. ut ipsi & nos unum
simus. sed ait ut sint unum sicut & nos unum sumus. Nam & uerba ipsa euangelica
ponam. pater scē inquid serua eos quos dedisti mihi in nomine tuo ut sint unum
sicut et nos unum sumus. Quid dixit ut nobiscum sint unum aut ut ipsi et nos sim
unum. Item post aliquantum non inquid pro his rogo tantum. sed et pro eis qui
credituri sunt per uerbum eorum in me ut omnes unum sint. neq; hic dixit
ut nobiscum unum sint. Deinde sequitur. sicut tu pater in me et ego in te & ipsi in
nobis unum sint. & hic non dixit unum simus. aut unum nobiscum sint. sed unū
sint in nobis. Ut qui natura unum sunt quia homines sunt. & iam in patre
& filio sint unum. non cum ipsis unum idest ut ipsi & isti sint unum. Adhuc ad
iungit & dicit. ut mundus credat quia tu me misisti & ego claritatem quam
dedisti mihi dedi illis. ut sint unum sicut & nos unum sumus. ego in eis & tu in
me ut sint consūmati in unum. Quoniam ergo totiens dixerat ut sint unū
non tamen alicubi dicit ut & ipsi & nos simus unum. hoc est ut nobiscum
sint unum. sed aut in nobis dicit. aut sicut nos idest ipsi secundum naturam
suam. nos secundum nostram. Uolebat enim eos quia natura unum erant
in hoc ipso quod unum erant ēē perfectos. Non enim quia dicit estote ergo
& uos perfecti sicut pater uester cælestis perfectus est. Uult illos dō naturæ
unitate coniungere tamquam illorum & illius una eademq; natura sit.
sed perfectos uult ēē in natura sua. sicut est ds perfectus in sua. Quamuis
diuersa non una. quod nisi in ipso simus omnino esse non possumus. Non sicut
in illo sunt omnes. quia ipse continet omnia quæ creauit. Propter quod dic
tus est non longe positus ab uno quoque nostrōm. quia in illo uiuimus mouemur
& sumus. sed sicut in illo sunt tales qualibus dictum est. Fuistis enī aliquando
tenebre nunc autem lux in dn̄o. Unde et illud est. cui uult nubat tantum
in dn̄o. Non igitur proferre potuisti ubi dictum sit unum sunt. quorum est
non una sed diuersa substantia. & tamquam in obscuro loco nobis subripere
uoluisti ut diceres apostolos unum esse cum patre et filio tamquam unū
essent apostoli et pater & filius. Cum apostolorum substantiam mani

festis sit a patre & filio eē diuersam. sed quoniam ut ipsi & nos unum simus aut nobiscum sint unum. Nusquam xp̄m dixisse manifestum est. te quoque nobis respondere non potuisse & fraudem facere uoluisse manifestum sit. ⌈XIII.

Tertiodecimo loco te commonui non ideo patrem filio esse maiorem quia testimonium perhibuit pater filio. Nam et profetas ei testimonium perhibuisse memoraui quos maiores illo esse non potes dicere. Dixeras enim quod pater filio perhibuerit testimonium. quod sic accepi tamquam hinc probare uolueris illo cui testimonium perhibuit eum esse maiorem. Sed quoniam posteriora tua prosecutione hinc omnino tacuisti tacitur nitatem tuam in locum consensionis accepi. et fieri potest ut ideo commemoraueris patrem & filio perhibuisse testimonium ut hinc illum esse alium. Istum autem alium non ut illum isto probares esse maiorem. Alium uero esse patrem alium esse filium quoniam non est pater ipse qui filius et nobis & uobis contra sabellia nos est cum mune dogma. illi enim dicunt non alium sed eundem filium esse qui est pater. Nos autem alium

⌈XIIII. quidem esse patrem et alium filium. sed tamen quod pater ē hoc eē dicimus filiū

Quartodecimo loco ad illud quod dixeras dilectum lego et credo quod pater est qui diligit et filius qui diligitur. Respondens dixi. si autem dicis hinc inter patrem & filium esse diuersitatem quia pater diligit et filius diligitur quasi negare possis quod et filius diligat patrem deinde addidi ambose inuicem diligunt. Cur negatis eos unius esse naturę. Quod utiq; ideo dixi ne hinc unam naturam negaretis amborum quia illum diligere hunc diligi ipse dixisti. Ad hoc tu respondens consensisti quidem quod et filius diligat patrem. sed unius esse naturę consentire noluisti tamquam filius ita diligat patrem. sicut creatura creatorem non sicut unigenitus genitorem. Quem diuersitate substantię uultis eē degenerem. ⌈XV.

Quintodecimo loco dixi pariter eē inuisibilem trinitatem non solum patrē sed apparuisse tamen uisibilē filium in forma serui propter quam dixit pater maior me est. sed quoniam patribus sed iuinitas demonstrabat dixi per subiectam creaturam id eē factum non per suam qua est inuisibilis

MAXIMINVS 3

AVGVS 5

trinitas. atq; ut hoc probarem moysen commemorauit eidicentem cum quo faciem ad faciem
loquebatur Si inuenigratiam ante te ostende mihi temet ipsum Manifeste ut intellegeret
quomodo eum uidebat quem sibi cupiebat ostendi. Quinetiq; sidm in substantia quadre
uider & profecto ut se illi ostenderet non rogaret. Dixi etiam esse xpm uisibilium
& inuisibilium creatorem ut ipsum probarem per substantiam sua non esse uisibilem
a quo creari non solum uisibilia uerum & iam inuisibilia potuerunt. Ad hec ture
spondere conatus quam multa que ad rem non pertinent dixen sintue untur
qui legum. et tamen de moyse Cur sibi dm cum quo loquebatur uellet ostendi sicut
naturam substantiamq; cernebat. prorsus nihil ausus es dicere. et ad huc adfir
mare non desistis di filium inuisibilium creatorem. et tamen quam formam ser
ui accipere & in formadi fuisse uisibilem quem superius in ser ui formam uideri potu
isse. in substantia uero sue diuinitatis ee inuisibilem iam fueras & ipse con fessus.

Sextodecimo loco quia de patre tantum dixesse apostolum dixeras. soli sapienti dō
ego dixi. ergo solus pater est di sapiens et non est sapiens ipsa sapientia di quod
est xps. De quo autem apostolus. xpm di uirtutem & di sapientiam deinde addidi
super est ut dicatis quidenim non audetis insipientem esse sapientiam di
Ad hec ut sapientem solum inquis patrem prædicat paulus apostolus dicens
sic soli sapienti dō. Sed requirenda est inquisitio quemadmodum solus sapi
ens non quod xps non sit sapiens sed quaeris deinceps et adiungis quomodo
sapientem confiteris & xpm. nam post non nulla que ad rem pertinentia cu
isti ut sermonem usque p ducere es: & iam hoc inserui sti uerbis tuis ut diceres
seduere solus sapiens pater Quasi apostolus dixerit soli sapienti dō quia dre
& filius. quod etuor multis dre fest ers & si non multis et ista trinitas est
solus sapiens dis Qui nec potuit umquam esse insipiens omnino nec potest
Non per gratiam particeps sapientiae sed sapiens in mobilitate atque
in mutabilitate natura. Nam si tibi dicam ita ne uero homo qui xpiano
nomine gloriaris xps sic est sapiens ut non sit uere sapiens ergo nec xps
qui est uerus dis non est uere sapiens Non nec ta sub hac interrogatione
turbaueris ut continuo respondeas xpm uere esse sapientem quid est

MAXIMIANVS

NG

MAXI

AUGS

:TR

ergo quod dixisti sed uere solus sapiens pater. nempe quo perueneris et a quanta blasphemia te debeas reuocare. iam sentis; ⌈XVII·

Septimo decimo loco egi tecum. quod & iam filius non solus pater infectus sit hoc est factus non sit. dixeras enim ideo a uobis unum dm̄ pronuntiari quia natus est super omnia innatus infectus. Respondens ergo huic audaci et uae sic autem dicis inquam patrem infectum. quasi filius factus sit per quem facta sunt omnia. Deinde addidi scito factum esse filium sed in forma serui. nam in forma dī usque adeo non est factus ut per illum facta sint omnia. si enim ipse factus est inquam. non per illum sunt omnia facta sed cetera. Ad hæc tu cum tota tui prolixitate sermonis. tanihil quod diceres inuenisti. ut hinc omnino tanquam id non audieris. conticesceres; ⌈XVIII·

Octauo decimo loco & iam de innato patre id est ingenito quia & hoc dixeras te cum agendum putaui & dixi non itaque dico filium ingenitum sed patrem genitorem. filium genitum. hoc tamen genuit pater quod est. Alioquin non est uerus filius si quod est pater non est filius. sicut de partubus animalium supra iam diximus. & iam ad hoc tu nec uerū nec falsum aliquid protulisti;· ⌈XVIIII·

Nono decimo loco quia poposceras a me ut ostenderem æqualem esse patri spm̄ scm̄ Responditi bi dicens. quid est autem quod poscis. ut ostendam tibi æqualem patri spm̄ scm̄. quasi tu ostenderis patrem maiorem esse spū scō sicut potuisti ostendere de filio propter formam serui. Scimus enim inquam dictum esse patrem filio maiorem quia in forma seruierat filius. & adhuc in forma est humana filius quam leuauit in cælum propterea de illo dictum est quod & nunc interpellat pro nobis & sempiterna erit in regno hæc eadem forma immortalis propter quod dictum est tunc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia. Nam de spū scō qui nullam sus cepit creaturam ad unitatem persone suæ. quam uis se per subiectam creaturam uisibiliter et ipse siue per columbę speciem siue per linguas igneas. sit demonstrare dignatus. numquam dictus est eo maior

ARIANI IN HOC MACEDONIANIS IVNCVNT

pater. Numquam dictus est spm adorasse patrem. numquam dictus minor
patre. Adhæc tu quasi respondens. non tamen respondisti. non enim potuisti
ostendere spm sco alicubi patre dictum fuisse maiorem. sicut filius propter
formam serui dixit pater maior me est. et cum ego dixerim spm scm nondum
tatem personę suę ullam suscepisse creaturam. tu ita spm scm in columba & igne
apparuisse dixisti. sicut ap̃ paruit xpm in homine quasi columba & spm ue ignis
& spm una persona sit. sicut uerbum et homo una persona est. adoram quippe ap̃ paru
erunt illaque spm scm significando monstrarent uisibiliter inuisibile.
columba propter amorem scm. ignis autem propter caritatis lumen atq;
feruorem. et peracto significationis officio corporaliter illę species transi
erunt. atque esse ulterius desiit erunt. sicut columna nubis nebulosa
per diem luminosa per noctem. Denique ne putaretur columba uel flamma
ad substantiam pertinuisse spm sci. uel quod se in hæc uisibilia tantę maiestatis
natura conuertere it. aut in unitatem personę suę ista susceperit. numquam
post ea sicut ap̃ paruisse legitur spm sci. xpm autem qui humanam non ad horam
sumsit effigem in qua omnibus ap̃ pareret & ac deinde illa species præteriret &
sed in unitatem personę suę manente inuisibili forma accepit uisibilem homi
nis formam. non solum natus est in ea de homine matre. uerum & iam creuit
in ea. & maiuducauit. et bibit. et dormiuit in ea[1] & ascendit in celum et sedit
ad dexteram patris in ea. et ad iudicandos uiuos et mortuos estuentur is
& in regno suo eiqui illi subiecta omnia erit subiectus in ea. Hæc tui in mea
responsione breuiter dicta quę nunc aliquanto latius ut uel sic intellegeres
& explicaui. ad tendere et considerare noluisti. In ruens in tantam blasfemiam
ut naturam diuinam di & spm sci conuertibilem pronefas & mutabilem
dicere es: tantamque ista sunt uerba. Cainquis quę de uisibilitate omni
tenentis di prosecutus sum. iam & ipse lic & alio proposito. attamen
tuis uerbis affirmasti. quod spm sci in specie columbę situs sit. necnon &
in specie ignis. filius sane in forma hominis. pater autem neque in specie
columbę. Nec in forma hominis. nec aliquando uertit se in formas

S MIRE

TOTUM MURI
FICE

:R

[1] & occisus est in ea & resurrexit in ea

sed ne aliquando uertitur de quo scriptum est ego sum qui sum et non sum mutatus Nuc
Deinde adiungis et dicis filius sane in forma dī constitutus iam ut ipse protulisti Mxo
formam serui accepit quod non pater spūs æque scīs suscepit Speciem columbę
quam non suscepit pater scito ergo in quis quia unus est inuisibilis unus & iam
inconparabilis atque immensus hæc num quid diceres si secundum spm̄ non secun Nuc
dum carnem posses cogitare quid diceres homo es enim qui legis in scripturis
scīs ego sum qui sum & non sum mutatus et cum uerbas int ista non patris solius
sed ipsius trinitatis quæ unus est dr̄ tue a patri tan tūmodo tribuens filium mu
tabilem credis unigenitum per quem facta sunt omnia mutabilem credis eum
de quo dicit euangelium in principio erat uerbum & uerbum erat apud dm̄ & dr̄
erat uerbum et omnia per ipsum facta sunt mutabilem credis Quid iam dicam
de spū scō quando illum quem uerum dī filium et uerum confiteris dm̄ muta
bilem credis quod utique non crederes si formam serui a forma dī ēē susceptam
non formam dī in formam serui ēē mutatam quam catholicus crederes et ui
sibili homine assumpto permansisse inuisibilem dm̄ non carnaliter sed spiri
taliter cogitares nec contendendo diffideres sed intellegendo conspiceres
et spm̄ scm̄ inuisibili sua manente natura nullo modo in ignis aut columbę speciē
mutatā atque conuersā per subiectam creaturam apparuisse sicut uoluit
uisibiliter ut posses considerare fideliter Memento tamen nec maiorem
patrem spū scō nec adoratum patrem ab spū scō ullis diuinis testimoniis
contra propositionem meam te demonstrare potuisse Lxx.

Uicensimo loco quoniam dixeras de filio si æqualis patri utique talis si talis
utique innatus ego respondens tibi sed dicis inquam de filio si æqualis utiq;
talis id est ut quia non est ingenitus non uideatur talis posses dicere
non ēē hominem quem genuit adam Quia ipse adam non est genitus
sed factus adō Si autem potuit adam & non ēē genitus & tamen hoc
generare quod erat ipse Non uis ut potuerit dr̄ dm̄ æqualem sibi
ad hæc non miror nullum te inuenisse responsum sed plane laudo nec
respondere conatum atq; utinam hoc ubique fecisses nusquam enim

in sermonibus nostris quid recte responderes inuenire potuisti. et tamen pene ubique tacere noluisti. sed cum in aliis tam multa dixeris. causę quę inter nos agitur. non necessaria & tempus loquendo consumseris. gratiæ tibi agendæ sunt. ubi non nulla sicuidisti te refutare non posse. ut ea malles summo silentio preterire;

EXPLICIT. LIBER. PRIMUS.

INCIP. LIB. SECUNDUS.

RES IAM POSTULAT UT IN EO QUOD RELIQUUM EST opitulante dño impleam promissionem meam. In operis quippe huius huius exordio prius in quam ostendam refellere te non potuisse quę dixi deinde quantum necessarium uidebitur ego refellam quę ipse dixisti. Quia ergo sicut adiuuante dō potui ostendi eę quę dixi non te potuisse refellere. super est ut ea quę dixisti ego refellam sicut dō adiuuante potuero. priores itaque prosecutiones tuas quibus continuo reddidi meas. in hac disputatione quę nunc a me suscepta est. non retracto. ad illam uero ultimam tam prolixam ut mihi de illo spatium responsionis auferre & ita redarguam si uoluerit qui nos regit ut adquiescas lumini ueritatis. si contentionis tenebras non amaueris; In primis ergo superflua tua detraham. necessitate responsionis meæ. causa quippe inter nos agitur. utrum pater & filius et sps scs. diuersę ut uos dicitis. an potius ut nos dicamus. unius sint eiusdemque substantiæ. cum conueniat inter nos patrem non esse qui est filius. nec filium esse qui est pater. nec patrem esse uel filium qui sps scs est. Quid quid igitur tanta tuæ prosecutionis prolixitate dixisti unde ostenderes alium esse patrem. alium esse filium. alium esse spm scm. quando nobiscum agitis superfluum prorsus esse cognosce. et si tibi & pug

nandi occurrerint sabelliani. in eos ista nobis uobisq; communia si plac & arma
conuerte; multa & iam locutus es. ut probares magnum dm̄ ee dnm̄ xp̄m.
et hoc quid ad nos. cum hoc dicamus. & nos laudes quoque sp̄s sc̄i magnas ueras q;
fudisti. sed nos ea augere possumus. n̄ negare; non itaque opus erat ut eas contra
nos diceres. quas dicimus tecum; xp̄m sedere ad dexteram patris non ne partē
confitemur. Quod tamen testimoniis diuinorum eloquiorum sic probare
uoluisti. tamquam id alicubi negaremus; xp̄m in carne uenisse. qd utrique
nouimus et tenemus. Sic adhibuisti ut hoc doceres diuinā testimoniā
tamquam repugnemus. Hec & alia que suis ostendam locis in quibus ope
ram superuacuam contriuisti ut moras necteres tempusque produceres.
commemorando adtingere debeo non redarguere disputando;

Dicis me auxilio principum munitum non loqui secundum timorem dī.
cum scias nobis esse preceptum orare pro regibus ut in agnitionem ueni
ant ueritatis. quod in quibus dam esse conpletum nos dō agimus gratias. uos do
letis. Verba autem nostra recte intellegentibus indicant. quis nostrum
loquatur secundum timorem dī. utrum qui sic laudet dm̄ patrem ut ad
eius laudem re fe rat quod sibi filium generauit æqualem. An qui sic
genitorem de honestate genitum. ut et illum dicat non potuisse gignere
per omnia sui similem filium. et istum dicat non degenerasse iam natum
sed degenerem natum.

Dicis uos colere xp̄m ut dm̄ omnis creature cui flectitur omne genu cæles
tium & infernorum. quem tamen ideo patri ee non uultis æqualem quia hoc
pater ei donauit. Ait enim apostolus. propter quod eum & altauit & do
nauit ei nomen quod est super omne nomen ut in nomine ihu omne genu
flectatur et cetera. Nec queritis. cui donauerit. utrum hominiando.
quando enim donauerit. euidenter apparet humiliauit in quid sem &
ipsum usque ad mortem mortem autem crucis. propter quod & ds eum
& altauit et donauit ei nomen si ergo propter ea donauit ei nomen quod ē
super omne nomen. quia factus est obediens usque ad mortem crucis.

:R

: Numquid ante quam hoc fieret non erat alius dī filius dī uerbum dr̄ apud dm̄ sed postea quam propter hoc exaltatus est quia factus est obediens usque ad mortem crucis tunc cepit esse alius dī filius unicus dī dr̄ tunc cepit habere nomen quod est super omne nomen quis hoc insipientissimus dixerit. hoc ergo illi donatum est ut hominis secundum quem filius factus est obediens ut usque ad mortem crucis. quod iam habebat idem ipse dī filius dr̄ dedō natus æqualis;

/iii· Obicis mihi quod dicam spm̄ scm̄ æqualem ee filio. dico plane. da inquis testimonia ubi adoratur sps scs. ut uideo hinc eum uis ostendi æqualem xpo si adoratur ut xps. Iam ergo confiteris xpm̄ patri æqualem quem tu ipse adorari confiteris ut patrē. quales autem homines estis. quam religiosę humilitatis quis spm̄ scm̄ adorare Non uultis. cum legatis. litera occidit. sps autem uiuificat. non uultis ergo adorare. quem uiuificare animas non negatis. cum pater abraham homines adorauerit. quia concesserunt ei monumentum ubi poneret mortuæ corpus uxoris. Sic enim scriptum est. uenit autem abraham plangere sarram et lugere et surrexit abraham de supra morte eius et dixit filiis ceth dicens peregrinus & aduenasum ego uobiscum date ergo mihi possessionem monumenti ubi sepeliam mortuum meum Responderunt autem filii ceth ad abraham dicentes. absit hoc dne audi nunc & nos rex adō tu es in nobis in electis monumentis nostris sepeli mortuum tuum nemo enim nostrum prohibet te a monumento suo ut sepelias mortuum tuum ibi. Surgens autem abraham adorauit pleblem filiorum ceth. Sed da inquis testimonia ubi adoratur sps scs. quasi non ex his quæ legimus intellegimus aliqua & iam quæ non legimus. sed nequerere multa conpellar. Tu ubi legisti patrem dm̄ ingenitum uel innatum et tamen uerum est. quod uero aliquotiens dixisti & iam filio esse inconparabilem patrem. nec legis. nec uerum est. Si autem religionem qua colitur dr̄ sicut dignum est cogitares. multo plus esse cerneres[1] adoratum; Et homines enim sicut supra docui a scis nouimus adoratos. templum uero non est factum ab hominibus. nisi aut uero dō. sicut salomon fecit. aut eis qui prodiis habentur sicut gentes quæ ignorant dm̄; sps autem scs quod cum magno honore dedō dictum est.

·i· qd habe sps scs tēplū · quā si eum legeres

non in manu factis templis habitat. sed corpus nostrum templum est spiritus sancti.
et ne corpora nostra contemnas. membra sunt xpi. Qualis ergo est dominus cui templum
ædificatur & a domino et de membris domini:

iiii. Dicis xpm esse in dextera dei et interpellare pro nobis quod cur nobis obicis sicut
non solum dominum uerum & iam hominem agnoscis. Quid te igitur adiuuat quod
sedere ad dexteram patris ad si duel egitur. quid nobis non quidem in anibus
testimoniis. sed tamen inaniter probare niteris quod fatemur.

v. Dicis uos spm scm competenter honorare ut doctorem. ut ducatorem ut inlu
minatorem. ut sanctificatorem. xpm colere ut creatorem. patrem cum sin
cera deuotione adorare ut auctorem; si auctorem propterea dicis patrem
quia de ipso est filius. non est autem ipse de filio. et quia de illo et de filio sic pro
cedit spiritus sanctus. ut ipse hoc dixerit filio gignendo eum talem ut & iam de ipso pro
cedat spiritus sanctus. si creatorem sic dicis filium. ut creatorem non neges patrem
nec spm scm. si denique spm scm sic dicis doctorem ducatorem inluminatorem.
sanctificatorem. ut hec opera nec patri audeas auferre nec filio. i statua & ia
nostra sint uerba; si autem alia idola tibi ponis in corde ut duos facias deos
unum maiorem id est patrem. alterum minorem id est filium. spm uero scm
ita omnium trium minimum fingas. ut nec dm nunc operare digneris non e
hec nostra fides. ac per hoc nec fides.

vi. Etiam hoc tibi ignoscimus. quod inperite usus uerbo xpm significasti ad ter
rena descendisse contagia. Et quia hoc interrogare uolui ut iscires con
tagia. quomodo apellare debeamus. calumnias ee istas dicis et eas de philo
sophicæ artis instructione uenire arbitraris. sufficit mihi quod ita putasti
xpm ad terrena descendisse contagia. ut tamen confitereris nullum
habuisse peccatum.

vii. Illud sane quod commemoraui partus animalium quæ cum terrena sint
atque mortalia hoc tamen gignunt quod ipsa sunt. ut homo hominem canis
canem. puto quod non aspernatus horruisti sed te aspernari atque orre
re finxisti dicens tam fedam conparationem in illam tantam inmensitatem

nondebuisse produci. Cur enim hoc dixisti nisi ne tibi de ipsis corruptibilibus fetibus
fauces ueritas premeret et te respirare non sineret. sicut & facit. quando quidē
creaturam corruptibilem cernitis hoc quod ipsa est gignere & fetum suum.
et dm̄ patrem omnipotentem creditis non potuisse nisi eius degenerante
natura gignere unicum suum.

xxi VIII. Sed dicis dn̄s dn̄m genuit. ds̄ dm̄ genuit. rex regem genuit. creator
creatorem genuit. bonus bonum genuit. sapiens sapientem genuit. clemens
vc clementem. potens potentem. Si sub his uerbis cauere te putas quod uobis
obicitur non credere uos dm̄ non potuisse gignere id quod est ipse. Et ideo
dicis dn̄s dn̄m genuit. ds̄ dm̄ genuit. & cetera. Cur ergo sic dixisti potens
potentem. Non dicis omnipotens omnipotentem si quod sentis uis dicere.
dic dn̄s maior dn̄m minorem genuit. ds̄ maior dm̄ minorem. rex maior
regem minorem. creator maior creatorem minorem. melior bonū.
sapientior sapientem. clementior clementem. potentior potentem.
Si autem ista non dicis. & nihilminus quam pater habet filium habere con
sentis. Cur non dicis æqualem. et illa omnia cur non sic percurris ut dicas.
dn̄s æqualem dn̄m genuit. ds̄ æqualem dm̄. rex æqualem regem. creator
æqualem creatorem. bonus æqualiter bonum. sapiens æqualiter sapientē.
clemens æqualiter clementem. potens æqualiter potentem. Si autem
negas æqualem dic aperte esse degenerem. non enim quem dm̄ minorē
de dō maiore natum esse dicitis. Saltim sicut infantem crescere sinitis.
ut aliquando suo patri esse posse æqualis. Ad hoc enim eum perfectum dici
tis esse natum non ut laus eius hinc cresceret. sed ut minor eius natura
remaneret. & cum ista sentiatis sequeris tamen & dicis. nihil subtraxit
pater in generando filium. quomodo nihil subtraxit pater in generan
do filium. quem non æqualem genuit sed minorem. An ideo nihil sub
traxit. quia nihil eorum quæ gignendo dedit. abstulit genito. ita sane
nihil subtraxit. sed & filiis hominum qui prosperenascuntur. nihil au
fert creator iam natis. quin potius addit. ut quod defuit nascentibus.

accedat crescentibus · quidergo magnum de patre dixisti ergaunicum filium
quinon de nihilo uel de aliqua materia factus · sed de ipso natus est · quid magnum me
quia non subtraxit · quod dedit · siquod dare potuit · non dando subtraxit ·
ubi est quod eum mundum dixisti · An forte dare non potuit · ubi est om
nipotentia di patris · prorsus adhunc articulum rescolligitur · ut di pa
ter · æqualem sibi gignere filium · aut non potuerit · aut · noluerit · conplexio
si non potuit · infirmus · si noluit · mundus inuenitur · sed utrumque hoc
falsum est · patri igitur do filius · uerus · æqualis est · Si ergo ut laudas
placet tibi · quod ame commemoratum est · inuisibilia enim eius · per ea
que facta sunt · intellecta conspiciuntur · per id quod factum est · incre
atura uisibili · ut parentes · id quod ipsi sunt · generent · Intellege inuisi
bilem natiuitatem · ueri filii de ne dm patrem · dicas · id quod non est · ipse ge
nuisse · si autem hoc genuit · quod est ipse · unam pratris & filii ee substantia · MEUS DICI
negare nolite · NON POTEST

Iv uiii ·

Iam uero sequentia · que sic conexuistuit de ore · uel in car nationem xpi · probare nobis
uelles · quod partter credimus · ser uari morem tuum · sed nihil tibi adistare spon
dens · etiam ego seruo promissum meum · Ix

De inuisibili filio cum ageremus · quem consensisti esse inuisibilem · se cun dum
diuinitatem · qui prius solum patrem · inuisibilem esse presumseras · ad rem non
pertinentia multa dixisti · de inuisibilibus creaturis · quod potere runt · iudicare
qui legerunt · de inuisibilido · inter nos agitur · et hoc est quod questionem facit · Quia
uos inuisibilem solum patrem dicti · putatis · ubi apostolus ait · in mortali inui
sibilido · Si dixisset · solo patri · difficilius · fortasse questio · solueretur · quia uero
dixit · solido · non est utique contrarios · et unigenitus · quippe · in di forma
& xpi sci · in sua natura · est inuisibilis · Unus enim & solus dr a nobis · ipsa tri
nitas · predicatur · quod utrum uerum sapiamus · in alis locis a nobis · est demons
tratum · et ubi adhuc opus fuerit · demonstrabitur · Nunc en [illegible] ista
questione · non in merito potest mouere · quomodo de solido · quiest ipsa
trinitas · dictum sit inuisibili · solido · Cum sit & iam quedam inuisibilis

creatura propter quod dictum est de xpo. quia in ipso condita sunt omnia uisibilia
et inuisibilia, quia ergo sunt dii falsi uisibiles. Ideo dictum est inuisibili dō
honor et gloria, et si enim est creatura inuisibilis non tamen dr̄ nobis est.
sed et si non dictum esset solidō. sed dictum eēt regi autem sæculorum in mor
tali inuisibili soli honor & gloria quis nisi dr̄ esset, honor ergo et gloria
solidō quia dr̄ inuisibilis est. non quia solus inuisibilis quoniam est ut dixi
mus et creatura inuisibilis: item queri potest quomodo dictum sit dm̄ ne
mo uidit umquam. cum eiusdem uerba sint dn̄i. Nescitis quia angeli
eorum semper uident faciem patris mei qui in cælis est. Que sententia
uos redarguit qui nescitis quemammodum dicatis inuisibilem patrē.
Illud autem quod ait non quia patrem uidit quisquam nisi qui est a dō
hic uidit patrem ad homines refferri potest. quod dictum est quis
quam. et quia ipse homo erat quia tunc loquebatur in carne. ita hoc dixit
ac si diceret non quia patrem uidit quisquam hominum nisi ego sicut
dictum est. quis sapiens & intelleget hec: non enim et de scīs angelis
accipi potest. unde apostolus de inuisibili dō apertius posuit quem ne
mo hominum uidit nec uidere potest. Non enim ait nemo sed nemo
hominum. ubi ostendit quemammodum intellegi debeat quod dic
tum est. dn̄m nemo uidit umquam. id est nemo hominum: sicut nemo
ascendit in cælum cum angelis soleant illuc ascendere quia solent
inde descendere. nec tamen apostolus dixit. nemo hominum poterit
uidere dm̄ sed nemo potest: Poterit enim homo sed tunc cum æternum
erit fidelium premium uidere dm̄. Propter quod iohannes apostolus
5 PROBABILIT̄ Dilectissimi inquid filii dī sumus. et nondum apparuit quod erimus
scimus quia cum apparuerit similes ei erimus. quoniam uidebimus eum
sicuti est. quid est ergo quod dicis solum esse inuisibilem patrem.
quod [illegible] frustra diceres. & iam si a solo filio uideretur. nunc uero cum
diuina testentur eloquia eum uideri & ab angelis uidendum & ab homi
nibus cum facti fuerint æquales angelis. quid est quod dicis quod definire

ausus es · minora uideri a maioribus · maiora uero a minoribus non uideri · quod quidē
postea perdidisti · quando uideri a filio confessus es patrem · cum & in ipsa diuinita
tis substantia dicas filium minorem · patremque maiorem · sed quid dicturus
es de angelis qui semper uident faciem dī patris · numquid propter regulam tuam
quam sine consideratione fixisti putandi sunt angeli patre dō esse maiores ·
sed eleganter te existimas inuenisse quod diceres · Vbi aisti de filio · uidit ergo patrem
sed uidit incapabilem · nec adtendis · quia et si uidit incapabilem · quem sicut
putas capere non potuit · non tamen inuisibilem quem uidere potuit · Tu autē
nobiscum non de capabili et incapabili · sed de inuisibili et uisibili cum ista
diceres disputabas · Quia nec apostolus ait incapabili sed ait inuisibili solidō un
de hoc testimonium pro te adhibendum putasti · ut hinc & iam decolorare
filium tamquam ipse in dī forma inuisibilis non sit · Sed quoniam ueritate
conuictus · et filium confessus es inuisibilem · præparasti tibi quantum existi
mo sic dicere · inuisibilis inuisibilem genuit · quomodo dixisti potens poten
tem · ut cum discutereris · hoc ate quomodo diceretur responderes · inuisi
bilior inuisibilem genuit · sicut potentior potentem · sapientior sapientē ·
& ceteratua · sed quam sapienter ostendisti filio patrem incapabilem · filium uero
capabilem patri dixisti enim · uidit ergo patrem sed uidit incapabilem · pater MXXI
autem inquis sic uidet filium utens in sinu suo & habens · sic non sapiunt nisi
qui carnaliter sapiunt · Si non quippe tibi fingis ut uideo aliquam capacitatē MVC
maioris patris · qua filium minorem capiat atque contineat · sicut
hominem corporaliter capit domus · aut sicut sinus capit nutricis in
fantem · ergo inter mirabilia xpi et hoc deputabitur · quia in forma
dī fuerat · ut cum prius portaretur in sinu patris · nunc sedeat ad dex
teram patris · abice ista puerilia uelanicularia phantasmata de
corde tuo & sinū patris ideo dictum accipe · ut intellegatur iste
genitus · ille genitor · non ut ille maior · hic minor · nā si incapabilis est
pater · filius uero incapabilis non est · non ueraciter dictum est · omnia
quæ hab & pater mea sunt · quando quidem responderi potest · ecce

incapabilitatem habet pater. quae non est tua; sed quoniam ueraciter dictum est quod ueritas dicit. et omnia quae habet pater filii sunt. non potest non esse filii quantacumque sit incapabilitas patris. Et hanc dñi sententiam ubi ait. Omnia quae habet pater mea sunt. tamquam rectissimam regulam ad uos siue conuincendos. siue quod magis cupimus corrigendos. per multa adhibere debemus. ut ubicumque aliquid tribuitis patri quod filio denegatis. ipsam fidelissimam testem contra errores uestros. uel contra mendacia producamus. quid opus est autem in eo tibi resistere quod humanam sapientiam contendis esse uisibilem. cum ipsam animam humanam in qua est utique humana sapientia inuisibilem esse concesseris. Sed quod libet sentias de uniuersa inuisibili creatura quantum ad dñm pertinet de quo inter nos agitur satis tibi demonstratum est non esse solum inuisibilem patrem.

XI Putas dñm patrem cum filio et spu scō unum dñm esse non posse. times enim ne pater solus non sit unus ds. sed pr̄ s unius dī qui constat et tribus. Noli timere. nulla fit partium in dī tate diuisio. unus est ds pater et filius et spus scs. hoc est ipsa trinitas unus est ds. de quo dictum est. quia nullus ds nisi unus. et quid audi isrl dñs ds tuus dñs unus est. cui uni et soli dō seruire nos sine ullo scrupulo agnoscimus. quando audimus aut legimus. dñm dm̄ tuum adorabis et illi soli seruies. Ne forte propter haec uerba xpo cuius membra sumus. uel spiritui scō cuius templum sumus. Seruire nolimus. si quod dictum est dño dō tuo soli seruies. sic acceperimus tamquam de solo patre et non de ipsa trinitate sit dictum. Uos autem cum queritur a uobis quem credatis esse de quo scriptum est dñs ds tuus dñs unus est. Respondetis ds pater est. Itemque cum queritur de quo dño dō dictum sit dñm dm̄ tuum adorabis et illi soli seruies. rursus respondetis. de dō patre. Tunc uobis dicitur. si dñs ds noster dñs unus ē et hic pater est. quare uos duos facitis dominos deos dicendo et iam xpm esse dñm dm̄. Item si pater est cui uni dño dō nostro soli seruiendū ē.

quomodo obtemperatis huic precepto. quitanquam dño dō seruitis & xp̄o: neque enī
illi soli seruit. & huic: secundum fidem autem rectam. quicumque ipsam trinitatem
unum dn̄m dm̄ nostrum esse didicimus. profecto cum ei soli eaque dō debetur seruitute
seruimus. dño dō soli nos seruire confidimus. Ergo inquis ds̄ pater pars est dī. absit
tres enim persone sunt. pater & filius & sp̄s scs̄. & hi tres quoniam unius substan
tie sunt. unum & summe unum sunt. ubi nulla naturarum nulla est diuersitas
uoluntatum. Si autem natura unum n̄ essent. non summe unum essent. si uero natura
dispares essent. unum non essent. Hi ergo tres qui unum sunt. propter ineffabi
lem coniunctionem dītatis qua ineffabiliter copulantur unus ds̄ est; porro aū
xp̄s. una persona est gemine substantie. quia et ds̄ & homo est. nec tamen ds̄
p̄r s huius persone dici potest. alioquin filius dī ds̄. antequam susciperet formam
serui non erat totus. & cre uit cōm homo diuinitati eius accessit: quod si in
una persona absurdissime dicitur quia p̄r s rei ullius esse non potest ds̄. quan
to magis pars trinitatis esse non potest quicumque unus in tribus. Deinde
ait apostolus qui adheret dño unus sp̄s est. numquid huius unius p̄r s est
dn̄s. si enim hoc dicimus quid aliud dicere deprehendimur. nisi quod augeatur
adherente homine. & recedente minuatur in trinitate igitur que ds̄ est.
& pater ds̄ est. et filius ds̄ est. et sp̄s scs̄ ds̄ est. et simul hi tres unus ds̄; nec
huius trinitatis tertia pars est unus. nec maior pars duo quam unus est
ibi: nec maius aliquid sunt quam singuli. quia spiritalis hec non corporalis
est magnitudo: qui potest capere capiat. qui autem non potest credat.
& oret ut quod credit intellegat. uerum est enim quod dicitur per pro
fetam. nisi non credideritis non intellegetis; tunem pedixisti unum dm̄
non ex partibus esse conpositum. & quia de patre hoc uis intellegi. ille inquis
quod est. uirtus est ingenita simplex. et tamen in hac simplici uirtute quā
multa conmemoraueris uide. nam superiora uerba tua sunt. ds̄ dm̄ ge
nuit. dn̄s dn̄m genuit. rex regem genuit. creator creatorem genuit.
bonus bonum genuit. sapiens sapientem genuit. clemens clementem
genuit. potens potentem. Cur ergo in uirtute simplici quod est ds̄.

nontimuisti tot com memorare uistutes. ut enim omittam quatuor quas loco superiore posuisti. & alias quattuor dicam quas enuntiare usitatis nominibus possum Numquid bonitas et sapientia et clementia et potentia partes sunt unius uirtutis. quam simplicem esse dixisti; si dixeris partes sunt. simplex ergo uirtus & partibus constat. & simplex ista uirtus te definiente unus est ds; unu ergo dm. & partibus conpositum dicis; non dico inquis; non sunt ergo partes et tamen quatuor sunt. & una uirtus est eademque simplex est; si ergo in una patris persona & plura inuenis et partes non inuenis. quanto magis pater & filius et sps scs. & propter indiuiduam dinitatem unus est ds. et propter unius cuiusq; proprietatem tres personę sunt. et propter singulorum perfectionem partes unius dni non sunt; uirtus est pater. uirtus filius. uirtus sps scs. hoc uerum dicis. sed quod uirtutem de uirtute genitam & uirtutem de uirtute procedentem. non uis eandem habere naturā hoc falsum dicis hoc contra fidem rectam & catholicam dicis.

MMXI XII. Redis ut queras a me quomodo sit inuisibilis filius unde iam dixi superius quod uisum est esse dicendum. sed si ob hoc inquis filius inuisibilis ate pronuntiatur eo quod oculis humanis contemplari non possit Cur non & cælestes uirtutes pariter inuisibiles pronuntias quando nec ipse optutibus humanis uideri possunt. Ita hoc dicis quasi possit ab homine conprehendi quis ille sit modus quo cælestes uirtutes sunt inuisibiles aut ad hoc querendum esse debeamus intenti dicente scriptura. Altiora te ne quesieris; quod preceptum ipse contemnens ausus es dicere angelum uideri ab archangelo archangelum ab angelo non uideri. Satis sit quod ostendi non esse consequens ut ideo credamus in forma dī uisibilem filiū quia scriptum est. inuisibili soli dō quod tu de patre sic te accipere demonstrabas. tanquam filius inuisibilis non sit. Cum eum & inuisibiliū creatorem scriptura testetur. uerum tu restat ut dicas ambo quidem inuisibiles sunt. id est et pater et filius. sed pater inuisibilior est. ac sic dando aliquid patri quod non sit filii. Mendacem facis eundem filium

dicentem omnia quæ hab& pater mea sunt;

Hoc & de potentia sapis quod scilicet sit quidem potens & filius. sed potentior pater filio. ut auctoribus & doctoribus uobis. potuerit potentem potens. nec potuerit omnipotentem gignere omnipotens; ac per hoc si habet pater omnipotentiam quam non habet filius. falsum est quod ait filius omnia quæ hab& pater mea sunt; Deinde si aliquid facit pater quod facere non potest filius. merito dicitur potentior pater quam filius. Cum uero dicat quæcumque pater facit hæc & filius similiter facit. Non ne melius auditur ipse quam uos meliusq; ipsi creditur docenti quam decipientibus uobis. sed potentiam pater inquis a nemine filius uero accipit a patre; fatemur & nos filium ab illo accepisse potentiam de quo natus est potens; Patri uero potentiam nullus dedit. quia nullus eum genuit. gignendo enim dedit pat̄ potentiam filio. sicut omnia quæ habent in substantia sua gignendo dedit ei quem genuit de substantia sua; sed queritur utrum tantam quanta ipsi est potentiam pater filio derit an minorem; Si tantum non solum potentem potens. Verum etiam omnipotentem genuisse dicatur credatur intellegatur omnipotens; si minorem quomodo omnia quæ hab& pater filii sunt. si patris omnipotentia filii non est. Quomodo quæcumq; pater facit hæc & filius similiter. Quod utique non potens si omnipotens non est; ac per hoc quod ait apostolus beatus et solus potens. non cogor de patre tantum modo accipere. sed de dō quod est ipsa trinitas; loquens enim ad timotheum. precipio inquid tibi coram dō qui uiuificat omnia & xp̄o ih̄u qui testimonium reddidit sub pontio pilato bonā confessionem ut serues mandatum sine macula in reprehensibile usq; ad aduentum dn̄i nostri ih̄u xp̄i. quem temporibus propriis ostendet beatus & solus potens rex regum et dn̄s dominantium qui solus hab& immortalitatem & lucem habitat inaccessibilem quem nemo hominum uidit nec uidere potest cui est honor & gloria in secula seculorum; Nihil hic uideo dictum quod non conueniat trinitati; sed ut nunc taceam de spū sc̄o quem nec saltim minorem filio dm̄ uultis. quia omnino dm̄ esse non uultis. sufficit ut uos de patre conuincamus & filio; num quid enim pater solus non & filius uiuificat

omnia si dixeris pater solum uiuificare omnia quomodo ergo quecumq; pater
facit hec & filius similiter facit. quandoquidem pater putas uiuificat omnia
quod filius non facit. deinde ubi ait. sicut pater suscitat mortuos & uiuifi
cat. sic et filius quos uult uiuificat. quomodo uerum est si pater sine filio uiui
ficat omnia. proinde quod addidit. & xpo ihu qui testimonium reddidit sub
pontio pilato bonam confessionem. de filio proprie dicere euoluit. qua filius
quidem sicut pater uiuificat omnia sub pontio pilato in forma seruii filium
nouimus passum fuisse non patrem. deinde subiungit. ut serues mandatum
sine macula inreprehensibile. usque ad aduentum dnm nostri ihu xpi quem
temporibus propriis ostendit beatus & solus potens rex regum & dns domi
nantium; numquid enim uelut dicere audetis filium non esse regem regum
et dnm dominantium. de quo inter cetera scriptum est in apocalipsi iohan
nis. & ipse calcat torcular uinipotentis. & in tunica & in femore habet
nomen scribtum rex regum & dns dominantium; sed ne forte dicatis quod
nomen patris filius habeat scribtum in ueste & in femore. alio loco eius
dem libri superius legitur. et agnus uincet tos quoniam dns dominantium
& rex regum; qua propter secundum uos duo sunt reges regum & domi
dominantium. et contra uos est si de patre tantum ait apostolus beatus
est solus potens rex regum & dns dominantium; Verum autem secun
dum rectam fidem ipsa trinitas unus est ds beatus & solus potens
rex regum & dns dominatium qui solus habet inmortalitatem & lu
cem habitat inaccessibilem; et quomodo erit uerum accedite ad eum
& inluminamini. nisi quia hoc nemo potest si dere quisq; presumpserit
sed si ipse dona uerit; inmortalitatem autem ds habere dicitur solus
quia est inmutabilis solus. in omnibus enim mutabili natura non nulla
mors est ipsa mutatio. quia facit aliquid in ea non esse quod erat; proin
de & ipsa anima humana quae propter ea dicitur inmortalis. Quoniam
qualiter cumq; secundum modum suum numquam desinit uiuere. habet
tamen pro ipso suo modo quandam mortem sua; quia si iuste uiuebat

&peccat moritur iustitiæ; si peccat rixerat & iustificatur. moritur peccato. ut alias
eius mutationes taceam de quibus longum est disputare. Et creaturum natura celestiū
mori potuit quia peccare potuit. Nam & angeli peccauerunt. et demones facti sunt
matris eius non est dñs eius. iam quantum uis obsequatur dõ patri dñs filius quõ uideo te
non intellegere quanta sit in illa generatione geniti & genitoris æqualitas.
num ideo est diuersa natura patris hominis & hominis & hominis filii qua filius
obsequitur patri. hoc est omnino tolerabile in uobis quia de obsequio filii diuer
sam uultis probare substantiam patris & filii prorsus alia questio est utrum
sit unius eiusdemq. substantiæ pater & filius & alia questio est utrum patri
filius obsequatur. interim uerum filium non negemus qui nullo modo uerus est
filius si non est ipsius & patris una eademque natura dicit ergo dñm patrem & dñm
filium unius eiusdemque substantiæ extorqueat uobis diuinitas quod huma
nitati donauit ipsa diuinitas obsequitur homo patri suo de quo natus est homo.
tamen obsequendo eẽ non desinit homo. & si non dico pariter honoratus
sed honoratior esse filius. gauderet pater non inuideret honoraret tamen
& iam ille patrem & si non par uulus accessu augendus ætatis sed ei natus esset
æqualis æqualem uero si pater homo potuisset nullo dubitante genuisset.
quis ergo audeat dicere hoc nec omnipotens potuit addo & iam quasi posset
homo maiorem seipso meliorem q. gignere & filium sed maius uel melius dõ
quic quam non potest eẽ. ergo ei uerum filium credamus æqualem quod
si dixeris eo ipso maior ẽ pater filio quia de nullo genitus genuit tamen æqua
lem cito respondebo immo ideo non est maior pater filio quia æqualem
genuit non minorem. originis enim quæstio est. quis de quo sit æqualitatis
autem qualis aut quantus sit: proinde si ammittit ratio ueritatis ut æqua
li patri filius obsequatur æqualis non negamus obsequium. si autem per
obsequium minorem natum uultis credere prohibemus. nullo modo
enim dñs pater ut habere unici filii posset obsequium uellet degenerare
naturam. parentibus autem ut esset subditus xp̃s non diuinæ maiesta
tis fuit sed ætatis humane; frustra itaque dixisti si parentibus fuit MAXI
subditus quos creauit quanto magis suo genitori qui eum tantum
ac talem genuit; Respondetur enim tibi si parentibus fuit subditus propter AVG

pu erit iam quanto magis dō propter ipsam hominis formam cum inmortalem fecerit
non morte perdiderit. Quid miraris si & iam post huius seculi finem subiectus erit
in ea illi qui ei subiecit omnia. tu autem non propter formam serui dicis filium patri
esse subiectum sed quia eum tantum ac talem genuit id est magnum dm̄ quamuis
patre ipso minorem ubi & patri derogas qui filium sibi unicum aut non potuit
aut noluit gignere æqualem. & ipsi filio qui unicus patri non est generatus
æqualis. & ideo perfectus est natus neumquam uel crescendo fier & quod non
potuit esse nascendo. Nos autem non ut putas corpus tantū filii id est corpus
hominis uerum & iam humanum spm̄ patri dicimus esse subiectum. & secundum
id quod homo factus est intellegimus dictum cum autem omnia illi subiecta
fuerint. tunc & ipse filius subditus erit illi qui ei subiecit omnia secundum id qd
xp̄s est caput & corpus caput scilicet & ipse saluator qui surrexit a mortuis & sed &
ad dexteram patris & ecclesia quæ est corpus eius plenitudo eius. sicut apertis
sime dicit apostolus. ac per hoc cum omnia xp̄o subiecta fuerint. & capiti & cor
pori erunt sine dubitatione subiecta. nam secundum id quod sine tempore
dn̄s natus est nihilumquam potuit ei non esse subiectum. scimus quod nos com
memorandos putasti quia pater non iudicat quemquam sed omne iudicium de
dit filio. Vellem tamen dicere s nobis quomodo pater non iudicat quemquam
cum dicat ipse idem idem filius. ego non quero gloriam meam est qui querat & iu
dic &. ut iscias ideo dictum pater non iudicat quemquam sed omne iudiciū
dedit filio. quoniam iudicandis uiuis & mortuis forma hominis apparebit
quam non habet pater. propter quod ait profeta uidebunt in quem
pupugerunt. sed inuisibiliter & iam pater erit cum illo. quia inseparabilis est ab illo. si enim non sum solus quō pater mecum est ait ipse moritu
rus quanto magis secum habebit patrem de mortuis & uiuis iudicaturus
cum illo erit & iam sp̄s sc̄s. quomodo enim deserit eum sp̄s sc̄s in regali sede
quo plenus regessus est a iordane. quod ita scriptū ē ad hebreos nunc autē
nec dum uidemus omnia subiecta ei. eum autem modicominus quam

angelos minoratum uidimus ihm̄ propter passionem mortis docere nos
deb & quomodo intellegendum est quod scriptum est ad chorinthios cum aū
omnia illi subiecta fuerint quia secundum id dictum est quod factus est homo
non secundum id quod est ds̄. sic ergo in homine apparens in quo per passi
onem mortis minoratus est modico minus ab angelis uiuos & mortuos
iudicabit quando dicturus est uenite benedicti patris mei percipite reg
num quo tu testimonio non hominem sed dm̄ minorem suo patre qua
si probare uoluisti sed sicut ab eis qui intellegunt perspicitur non probasti;

Desp̄s autem sc̄i gemitibus quia non ipse gemit sed inspirans nobis desideriū
sc̄m̄ nos facit gemere quamdiu peregrinamur a dn̄o iam tibi sufficienter
respondisse me & istimo & tales descripturis sc̄is locutiones quantum satis ui
debatur ostendi quō sic dicitur gemere sp̄s sc̄s. quia nos facit gemere d sicut
dixit ds̄ nunc cognoui quando cognoscere hominem fecit. non enim tunc
cognouerat quod tunc sed dixerat cognouisse quia omnia scit antequam
fiat. ad quod te respondere non potuisse quid prodest quia sentis quan
do non consentis iam & iam de uerbis dn̄i ubi ait ego & pater unum sumus
nihil te respondere potuisse monstraui sed ut hic quoque ostendam si exem
plis ut dicis quibus ego usus sum uis probare quomodo dictum sit ego & pat̄
unum sumus & ab hoc commemoras apostolicum testimonium quod a me
positum est ubi ait quia dher & dn̄o unus sp̄s est dic & tu cum adher & patri
filius unus ds̄ est non enim ait apostolus quia dher & dn̄o unum sunt sicut
dictum est ego & pater unum sumus sed ait unus sp̄s est. Cum autem
tu non dicas cum adher & patri filius unus ds̄ est ut quid & tu adhibes hoc
apostoli testimonium ubi ait quia dher & dn̄o unus sp̄s est nisi ut te & iā
ate producto teste conuincam; nunc saltim distingue duo ista que non po
tuisti cum simul essemus in nostra disputatione distinguere. Diligen
ter itaque attende quod dico quando de rebus duabus aut pluribus dicitur
unus est uel una est & additur quid unus uel quid una & de his quae diuersę.

&de his quæ sunt unius substantiæ dici potest: diuersę sunt enim substantiæ spꝰ
hominis & spꝰ dñs. & tamen dictum est quia dher & dño unus spꝰ ē. unius autem
substantię sunt animæ hominum & corda hominum de quibus erat eis anima
una & cor unum. ubi autem dicitur de duobus aut pluribus unum sunt
nec additur quid unum sint non diuersę intelleguntur. sed unius esse sub
stantiæ sicut dictum est qui plantat & qui rigat unum sunt. & ego & pater
unum sumus; tu autem qui patrem & filium diuersas uis esse substantias
inuenire non potuisti ubi de diuersis substantiis dictum fuerit unum sunt.
& qui non uis dicere cum filius patri adher & unus dꝰ est adhibuisti & tutes
timonium apostoli quod ego adhibueram: sed adhibuisti contra te ipsum
ubi ait qui adher & dño unus spꝰ est; si enim de his quæ diuersę substantiæ
sunt recte dici potuit unus spꝰ est quanto magis qui unius substantiæ
sunt recte dicitur unus dꝰ est. Si hæc intellegis non te ad ea respondis
se iam percipis & de consensu uoluntatis te inanter tam multa dixisse
cognoscis & iam nos quippe inconparabilem consensum uoluntatis adq;
indiuiduę caritatis patris & filii & scī spꝰ confitemur propter quod dici
mus hæc trinitas unus ē dꝰ. sed nos hoc & iam quod uos non dicitis dicimus
propter unam eandemq; naturam atq; substantiam hi tres unum sunt hæc
si discreueris & contentiosus ēē nolueris non te ad ea respondisse aliquid
iam uidebis & de hac questione procul dubio iam tacebis. Ut bi autem dixit
filius patri uerum tamen non quod ego uolo sed quod tu uis quid te ad
iuuat quod tua uerba subiungis & dicis ostendit uere suam uoluntatem
subiectam suo genitori quasi nos negemus hominis uoluntati dī esse
debere subiectam. Nam ex natura hominis hoc dixis sed nm cito uid &
qui locum ipsum scī euangelii paulo ad tentius intuetur ibi enim dixit
tristis est anima mea usque ad mortem. Numquid ex natura unici uerbi pos
set hoc dici sed homo qui putas gemere naturam spꝰ scī qur non & iam
naturam uerbi dī unigeniti tristem dicas esse potuisse; ille tamen

nequid tale diceretur. ñ ait tristis sum quamuis & iam si hoc dixisset
non nisi & natura hominis oportuisset intellegi. sed ait tristis est anima
mea quam sicut homo utiq; habebat humanam. Quamquam & in hoc
quod ait non quod ego uolo aliud se ostendit uoluisse quam pater. quod nisi
humano corde non posset cum infirmitatem nostram in suum non diuinum
sed humanum transfigurare affectum. homine quippe non adsumpto nullo modo
patri diceret unicum uerbum non quod ego uolo. numquam enim posset
immutabilis illa natura quidquam aliud uelle quam pater, hæc si distingueretis
arriani heretici non essetis. Nam & illud quod dictum est descendi de cęlo
non ut faciam uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui misit me. potest
quidem accipi & iam secundum id quod est unigenitum uerbum. ut ideo uoluntatem
non suam dixerit esse sed patris quoniam de patre est quidquid est filius.
non ē autem de filio quidquid est pater. secundum quod dictum est & mea doctrina
non ē mea sed eius qui me misit. Quō patris doctrina ipse est qui patris est
uerbum & utique non est a se ipso sed a patre. sed rursus cum dicit. Omnia
quæ habet pater mea sunt. patri se ostendit æqualem. non absurdum est tamen
ut & iam hoc quod secundum id quod homo factus est dixisse accipiatur descendi
de cælo non ut faciam uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui me misit.
secundus enim adam qui tollit peccatum mundi. isto modo sedis creuit
a primo adam per quem peccatum intrauit in mundum quia iste non fecit
uoluntatem suam sed eius a quo missus est. cum ille fecerit suam non eius
a quo creatus ē. nec moueat quomodo xp̄s secundum id quod homo est descenderit
de cęlo. cum de matre quæ interraerat factus sit homo. Hoc enim
propter unitatem personę dictum est. quoniam una persona est xp̄s dñs
& homo propter quod & iam nemo inquid ascendit in celum nisi qui descendit
de cælo filius hominis qui est in cælo; si ergo adtendas distinctionē substantiarum
filius dī de cælo descendit. filius hominis crucifixus est; si unitatem
personæ. & filius hominis descendit de cęlo. & filius dī ē crucifixus.

ipse est enim dn̄s gloriæ de quo ait apostolus. si enim cognouissent numquam dn̄m
gloriæ crucifixissent. propter hanc ergo unitatem personę non solum filium homi
nis dixit descendisse de cælo sed esse dixit in cælo cum loqueretur in terra non
ergo uoluntatem suam fecit quia peccatum non fecit sed uoluntatem fecit
illius qui eum misit; tunc enim fecit homo uoluntatem dī quando facit iusticiam
quæ est & dō. nec sic arbitremur a patre missum eē filium ut non sit missus ab spū
scō cum uox ipsius sit per profetam & nunc dn̄s misit me & sp̄s eius. hoc enim filiū
dixisse indicant æa quæ sunt dicta superius; nam sic ad ista uerba peruentuē.
audite me inquid iacob & israel quæ ego uocabo ego sum primus & ego in æternū
& manus mea fundauit terram dextera mea solidauit cælum uocabo illos
& adstabunt simul conuenient & iam uniuersi & audient quis illis nuntiauit
hæc diligenste feci uoluntatem tuam super babyloniam attollatur semen chal
deorum ego loqutus sum ego uocaui adduxi illum & prosperam uiam eius feci
conuenite ad me & audite ista nec enim ab initio in obscuro locutus sum cum
fiebant ibi eram & nunc dn̄s misit me & sp̄s eius; quid hoc apertius nec sic a patre & spū
scō missus est ut seipse non miserit. sicut a patre ostenditur traditus ubi legitur.
qui filio proprio non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit eum. Alio autem
loco de ipso filio dicitur. qui me dilexit & tradit seipsum pro me; quomodo autem
non facit uoluntatem suam qui dixit. sicut pater suscitat mortuos & uiuificat
sic & filius quos uult uiuificat; & cum ei dictum esset si uis potes me mundare respon
dit uolo mundare. & aduerbum continofactum est quod uelle se dixit; sicut aū
filius facit uoluntatem patris sic & pater facit filii uoluntatem; nam filius
dicit pater uolo ut ubi ego sum & isti sint mecum. non dixit peto uel rogo sed
uolo ut isto uolente faceret ille sicut illo uolente faciebat iste[1]. sed quę ille
hæc & iam iste. quęcumque enim pater facit hæc & filius similiter facit uer
ba sunt ipsius uerba ueritatis sunt falsa esse non possunt; susciperete dicis
quod protuli nescitis quia templum dī estis & sp̄s dī habitat in uobis. Quod
potuisti dicere ideo dictum eē quia in nemine habitat dn̄s quem non ante sp̄s sc̄s

1 & non alia ille alia iste.

sci ficauerit atque purgauerit quasi templum dō habitaturo non sibi sci fic& & purget
sps scs cum apostolus hinc ostenderit ipsum eē dm̄ cuius nos dixerat templum quia
non ait & sps dī scificat & purgat uos ut ds habitet in uobis sed ait sps dī habitat
in uobis utique in templo suo ds habitat Nam quid est templum dī nisi habita
culum dī; uidisti autem etiam tu consequenter eē dm̄ nostrum cuius sumus
templum & noluisti aliud testimonium commemorare quod protuli Nesci
tis quia corpus uestrum templum in uobis sps sci est quem habetis a dō; iam
ergo confitere dm̄ eē spm̄ scm̄; neque enim nisi esset & ds habere templum & tem
plum non manu factum sed ædificatum de membris dī; xps enim super om
nia est ds benedictus in secula cuius menbra sunt nostra corpora; Qui enim
dixit nescitis quia corpus uestrum templum in uobis sps sci est ipse dixit
nescitis quia corpora uestra membra sunt xpi ita ne uero cui de lignis & la
pidibus salamon ædificat uit templum ds est & cui templum ædifica
tum est de membris xpi hoc est de menbris dī ds non est cum loquens
de dō beatissimus martyr stephanus dixerit salamon ædificauit ei do
mum sed summus non in manu factis tem plis habitat et tamen xpi
membra quorum caput est super omnes cælos templum sunt sps sci quem
constat uenisse de cælo istum negare dm̄ quid est nisi non eē & nolle esse
templum eius; alloquitur nos apostolus dicens obsecro autem uos fra
tres pe miserationem dī ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam scam̄
dō placentem: corpora itaque fidelium hostia sunt dō membra xpi templū
sps sci & dns non est sps scs quis hoc dicit nisi in quo non habitat Quoniā
in quo habitat utiq; templum eius est; denique cum dixisset apostolus
nescitis quia corpus uestrum templum in uobis sps sci est quem habetis
a dō & non estis uestri empti enim estis pretio magno continuo subiunxit secutus
glorificate ergo dm̄ in corpore uestro ubi lux ideo ostendit dm̄ eē spm̄ scm̄
glorificandum in corpore scilic& nostro tamquam in templo suo; & qd
annanie dixit apostolus petrus ausus es mentire spūi scō atque ostendens

dm̄ esse spm̄ sc̄m̄ · non est inquid hominibus mentitus sed dō; miror autem
coruestrum quantum sermone explicare non possum · quomodo cum sic
laudetis spm̄ sc̄m̄ ut eum sc̄ificandis fidelibus ubiq; asseratis eē presentē.
tamen negare audetis dm̄ · tanedī non est qui repleuit orbem ter rarū?
scriptura enim dicit · spī dn̄i repleuit orbem ter rarum · sed quid dicamus
quod repleuit orbem qui repleuit orbis · etiam redentorem · dn̄is enim ihū plenus
spū sc̄o regēs suus est aiordane · & presumitis dicere · quia ipse dn̄s ihū dī erat · & spī
sc̄i quo plenus erat non erat dī · tam male sentitis de spū sc̄o · ut non tributis salu
tem quod tributum est moysi famulo dī · qui non munera gratiarum sed plaga
rum prodigia in eodem spū sc̄o quia ipse est digitus dī · egiptus ingerebat.
& tamen pharaoni dī erat: uno loco erat ad affligendos egiptios · & faraō
nī dī erat · Ubique adest spī sc̄i · ad homines in ęternam uitam regeneran
dos · & non est eis dī · immouero est · & dī uerus est · qui ad ī uerī membra templū
eius est · & utique subiectum est templum illi cuius est templum; quomodo ergo
dī non est · cuius sunt dimembra subiecta · ac per hoc & dn̄s est templi ui; quis
enim hoc negat · quis tanta desipiat · ut dicat non ēe aliquem dn̄m domus suae?
quomodo ergo spī sc̄i non est dn̄s · quia dn̄s est membrorum dn̄i · ipse est quip
pe spī dn̄i · de quo uno eodemque loco dictum est · cum autem conuersus
fuerit ad dn̄m · auferetur uelamen · dn̄s autem spī ē · ubi autem spī dn̄i ibi
libertas; ian creatorem superius demonstraui spm̄ sc̄m̄ · quomodo autem
rex non est · cuius templum est · quae membra sunt regis · quomodo non
consedet patri & filio qui repleuit filium · qui membra filii suam possi
dē domum · Nisi forte · quando filius regressus est aiordanne · plenus
erat spū sc̄o · & quando sedere cepit ad dexteram patris · & cū sit a se spm̄ sc̄m̄
deinde cum de patre procedat · quomodo cum patre non sedeat · cum ipsa
sessio non sit utique cogitanda carnaliter · alioquin opinaturi sumus
honorabilius filium sedere quam patrē; honorabilius quippe sedetur
ad dexteram · & uidebitur eē consequens · ut pater sedeat ad sinistram

postremo qualis uobis persuaserit spus ut scō spui denegetis quod scis hominibus
scā scriptura concedat uos uideritis; ait enim apostolus cum essemus mortui
peccatis conuiuificauit nos xpo cuius gratia sumus saluifacti & simul excitauit
& simul sedere fecit in celestibus in xpo ihu; sci ergo quos scificat spus scs
conuiuificati xpo ita simul sessuri predistinati sunt ut iam factum dicat apos
tolus quod certus est affuturum; & ipsi spui scō subtrahitur a uobis quisquis
est ille consessus tanquam sedere cum patre uel filio sit indignus qui eadem
sede efficit dignus; cui mouetis & iam questionem quod non adoretur & hoc
utique simillimo errore cum legatis & iam supra docui a scis & iam homines
adorator & tamen ut inuidiam blasphemantis euites ita laudes spm scm ut
tribuas ei quod non habet ulla creatura & detrahas ei quod adipiscitur & hu
mana creatura; dixisse me commoras fateor & nunc dico quod saluator noster
non dixerit ut ipsi & nos unum sed ut ipsi sint unum & de his euangelicis uer
bis satis amare colo iam fuisse responsum cum ostenderem refellere te non
potuisse quae dixi quo poposci ut proferres ubi legeres unum dictum ee de
aliquibus rebus quae non essent unius eiusdemque substantiae neque
protulisti Quid enim te adiuuat quod dilectionis consensione affirmas
dictum ee de paulo & apollo qui plantat autem & qui rigat unum sunt cum
eos non ostendas diuersae fuisse substantiae Ambo quippe homines
erant si enim non diligerent inuicem natura unum essent dilectione
non essent; si autem unum natura non essent unum dici dilectione non
possent; poscit ergo filius ut ita sint unum quomodo ipse & pater unū
sunt id est non solum natura quod iam erant uerum & iam perfectione
karitatis atque iusticiae pro suae capacitate naturae quantum in dī regno
esse potuerint ut & iam ipse sum me unum sint in natura sua quem
ammodum pater & filius sum me unum sunt quamuis in excellentiore
atque inconparabiliter meliore natura sua dixit ergo ad patrem filius
Pater sce serua eos quos dedisti mihi in nomine tuo ut sint unum sicut & nos

nondixit utsint unum nobiscum autsimus unum ipsi & nos. item paulo post
non pro his autem rogo tantum. sed & pro eis qui credituri sunt per uerbū
eorum in me. ut omnes unum sint sicut tu pater in me & ego in te. & ipsi
in nobis unum sint. Neque hic dicit ut ipsi & nos unum simus. sed unum
sint in nobis. quō homines qui naturam unum sunt. summe atque perfecte
secundum suum modum unum ēe non possunt. iusticiae plenitudine nisi
indō perficiantur. ut unum sint in patre & filio. idest in ipsis unum. non cū
ipsis unum. Adhuc sequitur & adiungit. ut mundus credat quia tu me mi
sisti. ego claritatem quam dedisti mihi dedi illis. ut sint unum sicut nos
unum sumus. ego in eis & tu in me. ut sint consummati in unum. Neque
hic dicit nobiscum sint unum. aut ipsi & nos simus unum. deinde cum
audisset ut cognoscat mundus quia tu me misisti. & dilexisti. secutus adiun
xit. Pater uolo ut ubi ego sum. & illi sint mecum. ubi sum inquit mecum
sint. Hoc ergo uoluit ut cum illo essent. non ut illi & ipse unum essent.
quid est quod dicere uoluisti. dilectionis fecit mentionem. & non substan
tiae. quam uis tu non eo loco ista dī uerba posueris. quo ab ipso sunt posi
ta. sed quid ad nos. quando quidem non ipsos & seuel ipsos & patrem dixit
aut uoluit unum ēe. sed ipsos unum ēe uoluit. quos nouerat unius ēe sub
stantiae. sicut & nos inquit unum sumus. quos ident idem nouerat unius ēe
substantiae. Tu si uis aliquid respondere. ostende secundum scripturas scās
de aliquibus rebus dici unum sunt. quarum est diuersa substantia. hoc
enim xp̄s non dixit. quod tamen tu ausus es dicere. idest apostolos unum
esse cum patre & filio. In eo quod in omnibus ad uoluntatem dī patris re
spicientes. ad imitationem filii subditi uni dō patri & ipsi inueniuntur.
haec dicens dm̄ & homines scōs unum ēe fecisti. ergo ego & dīs unum sum.
absit hoc a cordibus scīs. puto autem quod & uos. a quocumque hoc audi
atis. horrescitis. nec fertis quemquam hominem quanto lib & munere
scītatis excellat. dicentem. ego & dīs unum sumus; sed forte arro

gantię uideatur · ut hoc de se ipso aliquis dicat · ita ne uero quisquam uestrū
& si non aud& dicere · ego & d̄s unum sumus · saltim aud& dicere paulus
& d̄s unum sunt · sicut incunctanter dicimus · paulus & apollo unum sunt ·
d̄s pater & d̄s filius unum sunt · porro si non audetis dicere · quilib& homo
sc̄s · quilib& propheta · quilib& apostolus & d̄s unum sunt · quis te urge
bat · quis te inpingebat · quis precipitabat · ut diceres · apostoli unū sunt
cum patre & filio unum sunt · In quis pater & filius · non tamen unus con
tinuo quesubiungis · unum ad concordiā pertin& · unus ad numerum
singularitatis · uolebas autem dicere · unum sunt · ad concordiam pertin&
unus est ad numerum singularitatis · sed te a consideratione uerborum
tuorum · in petus disputationis auertit · nam & unum · & unus utique
ad numerum pertinet singularem · sed quod uerum est · unum sunt ·
propter id quod additum est · sunt · pluralem numerum · indicat · qua
dam singularitate conexum · unus est autem · apertissime est numerus
singularis · Sed numquid apostolus dicer& · qui autem adheret d̄no unū
sunt · quid enim aliud dicer& · si hoc dicer& · nisi homo sc̄s & d̄ns unum
sunt · sed absit ab illa sapientia · ista sententia · Et tamen dixit · qui aū
adher& d̄no unus sp̄s est · ut noueris deis dici unum sunt · quae unius sunt
eiusdemq; substantiae · sicut quibusdam hominibus dictum est · omnes
enim uos unum estis in xp̄o ihū · & sicut ait ipse xp̄s · ego & pater unum
sumus · cum autem unus dicitur · & quid unus adicitur · & de diuersis sub
stantiis dici potest · sicut dictum est · qui adher& d̄no unus sp̄s est · & de re
bus unius substantiae · sicut dictum est · erat eis anima una & cor unum ·
erat dixit · non dixit · & quid erat · id est anima & cor · sic & iam de patre
& filio & unum sunt dicimus · quia unius substantiae due sunt · & unus est
dicimus · sed addimus · quid unus · id est unus d̄s · unus d̄ns · unus omnipotens ·
& si quid huiusmodi · satis me uobis duarum istarum locutionum arbi
tror inculcasse distantiam · scrutare itaque scripturas canonicas uete

res & nouas. & inuenis ipotes ubi dicta sint aliqua unum sunt. quae sint
diuersae naturae atq; substantiae. sane fallite nolo in epistola iohannis
apostoli ubi ait tres sunt testes spr̄s & aqua & sanguis. & tres unum sunt.
ne forte dicas spm̄ & aquam & sanguinem diuersas ēe substantias & tamen
dictum esset tres unum sunt. propter hoc admonui ne fallaris. haec enim
sacramenta sunt in quibus non sit quid sint sed quid ostendant. semper adten
ditur quo signa sunt rerum. Aliud existentia & aliud significantia; si ergo
illa quae bis significantur intellegantur ipsa inuenietur unius ēe substan
tiae tamquam si dicamus petra & aqua unum sunt. uolentes per petrā
significare xp̄m per aquam spm̄ scm̄. quis dubitat petram & aquam diuer
sas ēe naturas. sed quia xp̄s & sp̄s scs̄. unius eiusdemque naturae sunt. ideo
cum dicitur petra & aqua unum sunt. ex ea parte accipi potest qua
iste duae res quarum est diuersa natura. aliarum quoque signa sunt rerū
quarum est una natura, tria itaq; nouimus de corpore dn̄i. exisse cum pen
der & in ligno primo spm̄. un descriptum est. & inclinato capite tradi
dit spm̄. deinde quando latus eius lanceaperforatum est. sanguinem &
aquam. quae tria si per seipsa intuemur. diuersas habent singula quaeq;
substantias. ac per hoc non sunt unum. si uero ea quae his significata sunt
uelimus inquirere. non absurde occurrit ipsa trinitas. qui unus uerus
solus summus ē & ds̄ pater & filius. & sp̄s scs̄. de quibus uerissime dici
potuit. tres sunt testes & tres unum sunt. ut nomine sp̄s significatum
accipiamus dm̄ patrem. de ipso quippe adorando loquebatur dn̄s ubi ait.
sp̄s est ds̄. nomine autem sanguinis filium. qui a uerbum caro factum est.
& nomine aquae. spm̄ scm̄. cum enim de aqua loqueretur ihs̄ quam daturus
erat sicientibus. ait euangelista. hoc autem dixit de spū quem accepturi
erant credentes in eum; testes uero ēe patrem & filium & spm̄ scm̄ quis
euangelio credit & dubitat. dicente filio. ego sum qui testimonium per
hibeo de me. & testimonium perhib & de me qui me misit pater. ubi & si

non est commemoratus sp̄s sc̄s. non tamen intellegitur separatus. sed nec
de ipso alibi tacuit. eumq; testem satis aperte quem ostrauit; nam cum illum pro
mitteret. ait ipse testimonium perhibebit de me. hii sunt tres testes. & tres unum
sunt. quia unius substantiae sunt; quod autem signa quibus significatā sunt. ex corpore
dn̄i exigerunt. significauerunt eclesiam predicantem trinitatis unā eādemque
naturam. Quoniam hii tres qui trino modo significati sunt. unum sunt. eclesia
uero eos predicans. corpus est xp̄i. sic ergo tres quibus significati sunt. ex corpore dn̄i
exierunt. sicut ex corpore dn̄i sonuit. ut bapti zentur gentes. in nomine patris & filii
& sp̄s sc̄i. in nomine non in nominibus; hii enim tres unum sunt. & hii tres unus
est ds̄; si quo autem alio modo tanti sacramenti ista profunditas. que in epistola
iohannis legitur exponi & intellegi potest secundum catholicam fidem que
nec confundit nec separat trinitatem nec annuit tres personas. nec diuersas cre
dit ēē substantias. nulla ratione respuendum est; quod enim ad exercendas
mentes fidelium in scripturis sc̄is obscure ponitur. gratulandum est simultis
modis non tamen insipienter exponitur; quid est autem quod poscis ut astruam
si pater & filius & sp̄s sc̄s unus est ds̄. cum hoc astruat uoce clarissima scriptura
diuina dicens. Audi israel dn̄s ds̄ tuus dn̄s unus est. quod & uos utique audire
tis. si israel ēē uellitis. non carnaliter ut iudei. sed spiritaliter ut xp̄iani; qui eni
non uult fideliter audire quod dictum est. audi israel dn̄s ds̄ tuus dn̄s unus est.
super est ut eum qui hoc dixit credat esse mendacē; si autem mendax ille non est
uox ista uera est; si uox ista uera est questio ista finita est; procul dubio quippe uos
ueritas cogit patrem & filium & sp̄m sc̄m confiteri unum dn̄m dm̄; sed si sp̄m sc̄m
cuius templum[1] non ligna & lapides sed membra sunt xp̄i negatis dm̄. de ipso xp̄o
quidquid dicturi estis quem dm̄ & dn̄m confitemini respondete itaq; nobis utrum
pater & filius unus sit dn̄s ds̄. si enim unus sit dn̄s ds̄. si enim non est unus duo sunt.
si duo sunt. mentitur qui dicit audi israel dn̄s ds̄ tuus dn̄s unus est. mentitur qui di
cit. uidete quo ego sum ds̄ & non est alius preter me; sed quia illum mentientē
dicere audetis quare uos corrigere dubitatis. & uenire uel redire ad catholicā

1 n̄ manufactū. sed corpus est nostrū. cuius

fidem · quæ patrem · & filium & sp̄m sc̄m · non tres dn̄os deos · sed unum dn̄m dm̄
credit & dicit · clamantem populo suo · audi israel dn̄s ds̄ tuus dn̄s unus est ·
& uidete quo ego sum dn̄s & non est alius preter me ; si te dicam surdum aut
cęcum · qui nec audis ista · nec uides · contumeliosum sine dubio me putabis · ecce
non dico · & pone ergo nobis · quomodo accipias · audi israel dn̄s ds̄ tuus dn̄s unus ē ·
utrum ibi sit intellegendus & xp̄s an non sit ; si enim dixeris · ibi est · confitebe-
ris me cum patrem · & filium · unum esse dn̄m dm̄ ; si autem responderis xp̄m
ibi non esse intellegendum duos · contra uocem diuinam · introductur uses
dominos deos · quo non negas & iam xp̄m ēē dn̄m dm̄ ; similiter abste quero ·
quomodo accipias · uidete quoniam ego sum dn̄s & non est alius preter me ·
ibi est & xp̄s an non ē · si ibi est profecto pater & filius · unus est dn̄s · si autem ibi
non est · et tamen dn̄s est · mentitur qui dicit · non ē alius preter me ; est eni
alius dn̄s filius · si non unus est dn̄s pater & filius ; quantum lib & enim excellen-
cius laudes patrem · & infra eum deprimas filium · id agis ut æqualis non sint ·
non ut duo non sint · clama quantum uis · pater est maior · filius minor · responde-
tur tibi duo sunt · tamen maior & minor · nec dictum est · dn̄s ds̄ tuus maior dn̄s
unus est · sed dictum est · dn̄s ds̄ tuus dn̄s unus est · neque dictum est · non est alius
æqualis mihi · sed dictum est · non ē alius dn̄s preter me · aut ergo confitere patrē
R & filium · unum esse dn̄m dm̄ ēē xp̄m · sicut aperte negas dn̄m dm̄ ēē sp̄m sc̄m · quod
si feceris · istis quidem te diuinis uocibus · non urguebo · sed alia testimonia diuina
proferam · quibus te & in isto errore detestabiliore conuincam · Nunc autē
& si negas dn̄m dm̄ ēē sp̄m sc̄m · tamen ut istis di uocibus · quod xp̄m & dm̄ & dn̄m
confiteris · qui si non est · cum patre unus dn̄s ds̄ · duo dn̄i nr̄i erunt · & falsę ille
di uoces erunt · dn̄s ds̄ tuus dn̄s unus est · & non est alius preter me · sed quan-
to melius erunt uestra uerba emendata · quam di uerba mendosa · quæ
risame utrum iudaico modo te hortor profiteri unum dm̄ an de subiectione
ne filii potius secundum quod hab & fides xp̄iana · ostendatur unus ēē ds̄ ·
cuius filius noster est ds̄ · ita hoc dicis · quasi iudeorum sit uox · audi israel dn̄s

ds tuus dns unus est. Aut ego sum dns & non est alius praeter me. Ipse ds hoc
dixit. Agnosce & tace. uel potius edissere. quomodo uerum dixerit. quem
nullus nostrum audet adfirmare. mentitum. edissere inquam quomodo uerum
sit dns ds tuus dns unus est. si dni dni nri ut dicis duo sunt. unus maior alius minor
edissere quomodo uerum sit. ego sum dns & non est alius preter me. Quis enim hoc dixe
rit quaero. utrum pater an filius. si pater dixit ego sum dns & non est alius preter
me. non uerum dixit quia est alius dns filius. si filius hoc dixit. nec ipse uerum dixit.
quia est alius dns pater; Si autem hoc dixit trinitas profecto & uerum dixit. & uos
falsum dicere ostendit; trinitas quippe secundum rectam fidem. id est pater &
filius & spus scs in cuius nomine baptizamur. & unus dns ds noster est & preter
ipsum alius non est. Ipse est enim ds de quo dicit apostolus. nullus ds nisi unus.
Nam si hoc de patre acciperis dictum non tibi erit ds xps. quia non potest solui scrip
tura dicens. nullus ds nisi unus. ut hic uobis taceam de spu sco. quem superius dnm dm
ostendimus negantibus uobis; Quapropter si macedoniani hereticiessetis quide
solo spu sco catholice fidei consentire detrectant. Patrem uero & filium duos
quidem esse id est illum patrem. illum filium. & aequales ee atque unius eiusdem
que substantiae nec tamen duos dnos deos. sed ambos simul unum dnm dm ee con
sentiunt. Si ergo & uos saltim actenus erraretis. non utique his di
uinis uocibus urgeremini; patrem quippe & filium asseritis unu
dnm dm dixisse. non est alius preter me. utiam non restaret age
re uobiscum. nisi ut adiungeretis scm spm. & non dualitatem. sed
trinitatem diceretis unum dnm dm; Nunc uero cum sic accesse
ritis patrem dnm dm & filium dnm dm. ut simul non dicatis ambos
unum dnm dm. sed duos maiorem unum. minorem alterum. Prorsus
confodimini gladio ueritatis dicentis. audi israel dns ds tuus dns unus est
Qui clamat. ego sum dns & non est alius praeter me; neque enim ds pater. sic uell &
israeltas a cultu deorum reuocare multorum atque falsorum. ut eis de uno
do ac dno mentiretur & dicer &. non ee preter se alium dnm. cum scir &

·R
·R

dn̄m & dn̄m esse suum filium. Absit ut ueritas & ueritatis pater mendacium decipe
ret populum suum. hereticorum sit hec non catholicorum horrenda & detestan
da blasphemia. Prorsus ds̄ uerum dicit cum dicit audi israel dn̄s ds̄ tuus dn̄s unus ē
quia pater & filius & sp̄s sc̄s non tres dii sed ds̄ unus nec tres dn̄i sed dn̄s unus est; prorsus
uerum dicit ego sum dn̄s & non est preter me alius quia non hoc pater tantum sed ip
sa trinitas dicit; hic est unus ds̄ & non est alius dn̄s preter ipsum; Nam si pater dice
ret ego sum dn̄s & non est alius preter me negar & utique dn̄m esse unigenitum
filium & quis nostrum auder & eum dn̄m confiteri contra dicente patre atq;
dicentem. Ego sum dn̄s & non est alius preter me. ac per hoc secundum rectam
fidem non patris sed trinitatis hæc uox est. & patris ergo & filii & sp̄s sc̄i;
Obticescant igitur lingue ignorantium ueritatem hæc trinitas ds̄ unus est. de hoc
uno dō dicitur: Audi israel dn̄s ds̄ tuus dn̄s unus est; hic ds̄ unus dicit ego sum dn̄s
& non est alius præter me; subiectus quidem patri & filius secundum formam homi
nis non tamen sunt duo dii & duo dn̄i secundum formam dī sed ambo cum
sp̄u suo unus est dn̄s: Testimonia quæ de paulo apostolo protulisti contra
te loquuntur. & nescis dicit enim ille gratia uobis & pax a dō patre nostro
& dn̄o ihū xp̄o; Quomodo est autem dn̄s ihs̄ xp̄s si pater dicit ego sum dn̄s & non est
alius præter me. Non ergo solius patris ut dixi sed trinitatis hæc uox ē.
Adhibes alterum testimonium & ipsum contra te ipsum ubi ait
apostolus unus ds̄ pater & quo omnia & nos in ipso & unus dn̄s ihs̄ xp̄s
per quem omnia & nos in ipso sicut tu locutus es. Apostolus autem
& nos per ipsum ait non ait in ipso; sed hoc quid ad causam solentis ta
contingere & memoria proferentibus testimonia non & codice illa le
gentibus quod ad rem pertinet potius intuere ecce dicit apostolus unus ds̄
pater & quo omnia & nos in ipso & unus dn̄s ihs̄ xp̄s per quem omnia & nos per
ipsum. Omnino duas personas unam patris alteram filii sine ulla confusione
& sine ullo errore distinxit; neque enim duo sunt dii patres. sed unus ds̄ pat̄.
nec duo sunt dn̄i ihū xp̄i sed unus dn̄s ihs̄ xp̄s. In illa quippe trinitate quæ ds̄ est.

unus est pater. non duo ueltres. & unus filius non duo ueltres. & unus ambarum spus.
non duo ueltres. & ipse unus pater. utique ds est. & ipse unus filius. & iam uobis fatentib;
ds est. & ipse amborum spus. & iam uobis negantibus ds est. sic & dnm si quæras singulū
quemque respondeo. Sed simul omnes non tres dnos deos. sed unum dnm dm dico: hæc
est fides nostra quoniam hæc est fides recta. quæ fides & iam catholica nuncupatur;
Tu autem qui huic fidei contradicis quæso expone nobis. & iam ihs xps. quomodo sit dns
qui non trinitatis sed solius patris esse asseris uocem. ego sum dns & non est alius
preter me. Nempe turbaris nempe quid respondeas non inuenis nisi quia tacere
quando conuinceris non uis: si enim non ds trinitas sed pater tantū dixit. ego sum dns
& non est alius preter me. Proculdubio negauit ee dnm filium; quoniam si dns est
& filius. falsum dictum est non est alius dns preter me; non enim agitur de dno quales
sunt homines dni hominum seruorum quos apostolus secundum carnem dnos ee dicit.
sed de dno agitur. cui seruitus illa debetur quæ grece latria dicitur. secundum quam
dictum est dnm dm tuum adorabis & illi soli soli seruies. Qui dns ds. si non trinitas sed
solus est pater. prohibemur utique dno dō xpo tali seruitute seruire in eo quod au
dimus illi soli seruies. Si ita dictum est ac si diceretur dō patri soli seruies. qui pro
fecto si solus & non ipsa trinitas dicit ego sum dns & non est preter me. Negauit
ee filium dnm talem quali dno seruitus illa debetur. qua non nisi dō cum uera
religione seruitur; Non enim dixit ego sum dns maior aut melior & non ē
tantus: ac talis preter me. sed uolens sibi soli ea que dno dō debetur seruitute
seruire. Ego sum inquid dns & non est alius preter me; Porro si uox ista sicut
catholica fides dicit. unius di est. quod est ipsa trinitas sine ulla dubitatione
huic soli seruiendum est ea seruitute que non nisi dno dō debetur. quia ipse est
dns & non ē alius preter ipsum: Deinde quero quomodo accipias quod dictū ē.
unus ds pater ex quo omnia & nos in ipso. & unus dns ihs xps per quem omnia
& nos per ipsum. numquid non ex filio sunt omnia quando quidem ipse dicit.
quæcumque pater facit hæc & filius facit similiter. Si autem ita distinguis ut non
sint per patrem omnia sed ex patre. nec omnia sint ex filio sed per filium. quis eorum

tibi uidetur esse ille de quo idem apostolus dicit O altitudo diuitiarum
sapientie & scientie dei quam inscrutabilia sunt iuditia eius & inuestigabi
les uie eius quis enim cognouit sensum dni aut quis consiliarius eius fuit
aut quis prior dedit illi & retribuetur ei quoniam ex ipso & per ipsum
& in ipso sunt omnia ipsi gloria in secula seculorum AMEN; utrum pater
est intellegendus an filius dm namque prius nominauit dicens O altitu
do diuitiarum sapientie & scientiae dei; postea uero eum dnm appellat
ubi ait quis enim cognouit sensum dni Sed hoc non habet controuer
siam utrumque enim nomen & iam uos & patrias signatis & filio neq;
enim sic dicitis dm patrem ut negetis dm esse filium aut sic dicitis dnm
filium ut negetis esse dnm patrem quamuis in hoc apostoli co testimonio
quod adhibuisti ds dicitur pater dns filius idest unus ds pater ex quo
omnia & unus dns ihs xps per quem omnia sed illud adtende ubi dictum est.
O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei nam siue pater sit iste siue
filius ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia Quomodo ergo ex patre
omnia non ex filio & per filium omnia non per patrem quandoquidem
quemlibet eorum uoluerit apostolus hoc loco intellegi ex ipso inquid
& per ipsum & in ipso sunt omnia Si ergo siue de patre siue de filio uerissime
tamen dicitur quod ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia Sine dubio
patris & filii demonstratur aequalitas; si autem quoniam non nominauit
patrem & filium & sps scm sed dm & dnm quod & ipsa trinitas dici potest sin
gula horum trium referri ad singulos uoluit ex ipso dicens propter
patrem filium in ipso propter spm scm; qui hanc trinitatem unum dnm
dm non uultis agnoscere quandoquidem non ait ex ipsis & per ipsos & non
ipsis sed ait ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia nec ait ipsis gloria
sed ipsi gloria in secula seculorum; Falleris sane qui putas de patre
solo esse dictum nemo bonus nisi unus ds si enim dixisset nemo bonus
nisi unus ds si enim dixisset nemo bonus nisi unus pater nec sic

exclusum filium & spm scm ab ista unitate bonitatis uoluisset intellegi quia & illud
quod simili locutione dictum est quam supra commeraui ea quae dī sunt nemo scit
nisi spus dī non excludit ab hac scientia filium dī quanto ergo nobis latitudo intelle
gentiae magis patet quia non dixit ihs nemo bonus nisi unus pater sed nemo bonus
nisi unus ds quod est ipsa trinitas querebat quippe ille cui hoc respondit ihs non
bonum qualecumque sed bonum quo fieret beatus immo ipsam beatitudinem uerā
id est uitam desiderabilem aeternā & interpellauerat tamquam hominem xpm
nesciens eum esse & iam dm: Dixerat enim magister bone quid faciam ut uitam aeter
nam percipiam Tunc ait illi quid me dicis bonum nemo bonus nisi unus ds uel sicut
legitur apud aliud euangelium quod tantundem ualet nemo bonus nisi solus ds
tamquam diceret recte me appellabis bonum si me noueris dm Nam quando me nihil
aliud quam hominem putas Quid me dicis bonum non te facit bonum non beatum
nisi bonum immutabile quod solus est ds Nam bonus angelus bonus homo bonae
cetera creatura haec non ita bona sunt ut ea quisquis adeptus fuerit sit beatus
Nec ulla est beata uita si non sit aeterna quomodo autem non est tale bonum dī filius
uerus cum sit ds uerus & uita aeterna ad quam cupiebat ille qui interrogauerat
peruenire proinde cū ego asserā nemo bonus nisi unus & solus ds de ipsa trinitate
dictum ee quid ds unus & solus est Tu autem asseras de solo dō patre dictum esse
quia ipse de nullo alio ds de nullo alio bonus est filius autem de patre ds de patre bonus
est: Diligenter adtende quis nostrum bene sentiat de dō patre & de dō filio utrum
ego qui dico ds quidem pater non de alio dō ds est ds est autem filius de patre dō ds ē
sed tantus iste de illo quantus ille de nullo & bonus pater non de alio bono bonus est
filius uero de bono patre bonus est sed tam bonus hic de illo quam bonus ille de nullo An
tu qui propterea dicis solum ee patrem dm bonum quia nec ds est de alio dō nec bonus de alio
bono filium uero ideo patri non esse coequandum quia de illo ds est de illo bonus est in qua
sententia utrumque blasphemas & patrem scilicet quia non tantum genuit quan
tus est ipse nec talem qualis est ipse Et filium qui talis tantusq; nasci non meruit
qualis quantusque est ille qui genuit Deniq; ista ipsa duo de quibus agimus hoc est

ditas & bonitas quoniam dictum est nemo bonus nisi unus ds. In hac tua opinione
deficiunt; tantum enim quantus est ipse et talem qualis est ipse si non potuit gig
nere quomodo ds est si noluit quomodo bonus est. Pater inquis fons bonitatis
est quiquod est bonus a nemine accepit. Numquid ideo minus bonus est filius quo
quod bonus est ab eo patre accepit qui nascenti filio tantum bonitatem quanta cumq
illi est quia ds est dare potuit & dedit quia bonus inuidere non potuit; nam si min
bonitatis quam quod ipse habet unico dedit minus bonus est & ipse quam debeatur
quod sentire dementia est; Ergo quantum ipse habet bonitatis tantum filio
dedit; & quia natura est non gratia filius nascenti non indigenti dedit. Plenus
plenum fons bonitatis fontem genuit bonitatis; Hac per hoc nec auxit in se hic
quod accepit nec minuit in se ille quod dedit quia non habet inmutabilitas
unde deficiat non habet plenitudo quo crescat; Quid est autem ipsa bonitas
nisi uita uiuificans; Proinde quia fons fontem genuit sicut pater suscitat mor
tuos & uiuificat sic & filius quos uult uiuificat hoc ipse filius dixit non ego; unde
merito dō patri dicitur quoniam apud te fons uitę: quis est autem iste fons uitę
apud patrem nisi de quo dicitur In principio erat uerbum & uerbum erat apud
dm̄ & ds erat uerbum hoc erat in principio apud dm̄ de quo & iam paulo post
dictum est & uita erat lux hominum: Hæc uita fons uitę est & lux ista lux lucis ē
unde cum dictum eēt apud te fons uitę ibi iunctum est in lumine tuo uidebim
lumen: Hoc est in filio tuo spm̄ scm̄ quem tu quoque esse inluminatorem in
conlationis nostræ prima parte professus es: fons ergo de fonte filius de
patre & simul ambo[1] lux nostra sicut ds de dō & simul ambo utique ds unus
& hoc totum non sine spū amborum; Ex hoc fonte bonitatis ex hoc fonte uitę
ex hoc inmutabili lumine ex hac & indeficiente plenitudine id est patre & filio
& spū scō uno dn̄o dō solo secundum mensuram fidei suæ qui cumque uera
citer credunt sumentes boni fiunt uiuificantur inluminantur inplentur
Quibus tu unigenitum filium pace tua dixerunt nescio qua incredibili teme
ritate iunxisti tua quippe ista sunt uerba siue inquis filius siue qui per

[1] fons unus lux de luce filius de patre & simul ambo

filium sunt facti de illo uno fonte bonitatis unusquisque secundum mensuram
fidei suae assumserunt ut essent boni: Ubi est ergo quod fueras ante confessus
illum natura filium esse non gratia, ecce contra tuam sententiam uenis. ecce iam pro
dis nefarium secretum heresis uestrae quia unigenitum uerum dī filium uerū
dm̄ non natura filium sed gratia profitemini. si enim & ipse sicut uerba tua cla
mant secundum mensuram fidei suae ut bonus esset assumpsit gratia est ergo
filius non natura & fuit aliquando non bonus & credendo factus est bonus qui
ante esset bonus quemadmodum dicis secundum mensuram fidei suae de illo
qui pater est fonte bonitatis adsumpsit. Legimus quidem quod ihs proficie
bat aetate & sapientia & gratia dī erat in illo. Sed secundum formam hominis
quam pro nobis accepit & nobis non secundum formam dī in qua non alienū
arbitratus est esse aequalis dō. Uerum tamen & iam in ipsa forma hominis legi
mus eum aetate & sapientia profecisse non tamen ut & non bono bonus fieret
& credendo meruisset neque nunc inter nos questio uertitur de natura filii
hominis in qua dī filius minor est patre sed de natura filii dī in qua ut nos dicimus
uos negatis aequalis est patri quia filius uerus filius unicus filius de uero dō.
uerus ds̄ in nullo modo degenerauit a patre proinde inconparabilem pa
trem filio nec in scripturis scīs alicubi legere potuisti nec sana fide ipse dixis
ti inmensum & iam patrem quoniam propterea dicis ut filium non pariter
inmensum sed mensura existimes terminatum tecum habeo mensuram tuam
quatuum falsum dn̄m metiaris & de uero dn̄o mentiaris. Bene confiteris
quod & pater diligat filium & filius diligat patrem sed si & hoc confitearis quia
non est maior dilectio in patre quam in filio; quia enim natura dītatis aequales
sunt aequaliter sed inuicem diligunt; facit autem filius sicut homo mandatū
patris nam sicut ds̄ ipse filius est mandatum patris quia ipse est uerbum patris.
Unde alio loco de mandato patris hoc est de se ipso dicit scio quia mandatum
eius uita aeterna est quod autem ipse dī filius sit uita aeterna scriptura diuina
testetur. Ubi autem ait qui me uidit uidit & patrem quis nescit ideo dictū

quoniam quisquis perintellegentiam uidet filium · patriutique uidet æqualem
quoduos ideo nonuultis quia per oculos cordis quantum inhac uita uideri
potest filium nonuidetis · Putas · nonrecte amedictum esse · quodpropter
formamseruiquamsuscepit filius · maior sit pater; tuenim secundum here
sim uestram · inipsa di forma · patrem filiouis eē maiorem · cuipater nam
sicinuides formam · utideo perfectum uelis natum eē filium æterna
perfectione · neadpater nam formam saltim cres cendo ualeat peruenire ·
Sed inanitter inuidet homo · pater nam formam di filio · cuipater eamnoninuidit ·
quia æqualemsibi unicum genuit · Seddicis · noneē magnum dipatris gloriam ·
si eaformaseruimaior est · quaforma sunt maiores & angeli · Uidesialiudco
naris · nistadunius patris gloriam · per unicifilii contumeliam peruenire ·
Ustscilicet & nonaugeatur pater ingloria nisi minuatur filius innatura · Cohibe
te · nescis & patri & filio te ingerere contumeliam · sinecille potuit · autuoluit
gignere æqualem sibi · nec istenasci æqualis patri · Nonuult · sedsi talaudari
patrem · utfilium dicatur · deseipso generasse degenerem; nonuult bonus filius
dilector · ita predicari formam suam · ut eam nonpotuerit · unicus eius uel
nascendo sumere · uel crescendo conprehendere · Quod autemtabiuidetur
nihilmagnum dedō dicipatre · siformaseruimaior est · quamaiores uidentur
& angeli · Nonrectecogitas · quemlocum inrebus habeat humana natura · que
condita est · adhimaginem di · maiores angeli dicipossunt · hominem quia
maiores sunt hominis corpore · maiores sunt & animo · sedinfirmo · quem
peccati originalis merito · corruptibile aggrauat corpus; Naturauerohu
mana · qualem naturam xps humanementis adsumsit · quæ nullopeccato
potuit deprauari · solus maior est ds · deniq · propter quoddictum est ·
Minorasti modico minus quam angelos · Aperuit scriptura ubilegitur ·
eum autem modicominus quamangelos minoratum uidimus ihm propter
passionem mortis; nonergo propter naturā hominis · sedpropter passionē
mortis · Naturauero hominis · quementerationali & intellectuali cre

turā ceteras antecedit. dñs solus est maior. cuiutique iniuria facta non est. ubi
scriptum est maior est cor de nostro. Filius ergo dī susceptum hominem leuaturus
ad patrem quando dicebat si diligeretis me. gauderetis utique quia uado ad
patrem quia pater maior me est non carni suæ solum sed &iam menti quam
gerebat humanam. Dm̄ patrem utiq; præferebat. quæ tota sine dubio forma
agnoscitur serui. quoniam tota seruit creatura creatori. Postremo tibi
disputatio fuit quomodo sit dñs patribus uisus quando corpus humanū
in quo uideretur nondum acceperat xp̄s cum [illegible] inuisibilis sit per se ipsam
diuina natura. quod cum &iam tu ita confes[illegible] sus fueris. ut inter cetera
non solum patrem sed nec ipsum filium in [illegible] substantia diuinitatis suæ
diceres eē uisibilem. non solum hominibus sed nec ipsis cælestibus potes
tatibus. Post eam uita tasentia dicis eum & ante incarnationem suam conspec
tibus apparuisse mortalium. Adserens illud quod ait apostolus. quem nemo ho
minum uidit nec uidere potest de solo patre dictum esse. Filium uero & initio
generis humani uideri solitum eē ab hominibus. Quod cum probare uoluisses.
multa de scripturis scīs testimonia protulisti quæ te nihil adiuuare potuerunt
Non eñi legis alicubi scripsisse moysen sicut dicis quod a billo primo homine adam
usque ad ipsam incarnationem semper filius uisus est. Hoc enim eum descri
bere pronuntias in geneseos libro quod ita falsum est. ut &iam ridiculum sit.
Numquid enim liber geneseos ab adam usq; ad incarnationem xp̄i ea quę gesta
sunt continet. aut ipse moyses usq; ad tempora incarnationis xp̄i uel incar
ne uixit. uel quæ facta sunt scripsit. Hæc dicis & putas te aliquid dicere uel
putaris ab eis qui nec ista possunt quæ tam manifeste falsa sunt cernere.
Deinde quod commemoras patrem ad filium dicentem faciamus hominem
ad himaginem & similitudinem nostram. Quid hoc ad rem pertinet. rogo te
quid ad rem pertinet. tantum ne tibi uacabat loqui ut non ad tendens quid
probare susceperis. memoriter scripturam geneseos uentilares. Numquid
hinc probatur ante carnem susceptam uisus ab hominibus xp̄s quia dixit

pater ad filium faciamus hominem ad himaginem & similitudinem nostram dein
de iungas ac dicis. & fecit ds hominem. atque addis quis ds nisi filius. & ut mihi de
opere quasi prescribas meo hæc utiq: in quis & tuis tractatibus exposuisti ubi nolo
quærere quam uerum loquaris. Quando uideo nihil ad causam pertinere quod loqueris
Agitur quippe inter nos utrum per suæ diuinitatis substantiam xps uisibus apparu
is & humanis. & tu dicis. fecit ds hominem. & addis. quis ds nisi filius. quasi propter rea
necesse fuerit ut homo dm opi ficem suum uidere oculis carneis. hoc ita esset om
nes homines uiderent dm; Quis enim alius eos facit in uteris matrum: Ad
huc addicis talia & dicis Iste ergo filius qui est profeta sui genitoris dicebat.
non est bonum solum ee hominem faciamus ei adiutorium secundum se.
Si queram quis tibi indica uerit quia filius hoc dicebat. in quibus angusti
iste uidebis. Scriptura enim quæ dixit. In principio. fecit ds cælum & terram.
non exprimens utrum pater an filius an sps scs. an ipsa trinitas fecerit quæ unus
est ds: Per cetera & iam ita commemorat dm ut dicat. & fecit ds. & dixit ds. per
quæq: opera eius quorum illum asserit conditorem. Simili ergo locutione
& dixit faciamus hominem ad himaginem & similitudinem nostram. & fecit
ds hominem Nec aliter locuta est ubi ait. non est bonum solum ee hominem
faciamus ei adiutorium secundum se: Unde igitur tibi persuasum est cetera
superiora patrem dixisse. hoc autem unde filium quæso distinguis unde dis
cernis patrem dixisse fiat lux & cetera patrem denique dixisse faciamus ho
minem & filium dixisse faciamus ei adiutorium. Cum tibi scriptura ubique
non dicat nisi dixit ds: Que est ista temeritas quæ presumptio. deinde cum
ideo patrem maiorem soleatis asserere quia dixit fiat illud aut illud tamquam
iubens filio. filium uero ideo minorem. quia ius saper fecit Quid dicturi
estis ubi scriptum est faciamus hominem non enim ait sicut in superioribus fiat
homo tamquam id iusserit filio. sed faciamus inquit hominem. quod non quero
quem dixisse arbitreris. iam enim uerba tua tenemus quod pater hoc dixerit filio Quare
ergo non ait fiat uel fac sed ait faciamus. an cetera ds imperauit & filius fecit homi

nem uero ambo ambo fecerunt. sed patre & iubente & cooperante filio autem non iuben
te sed tantum iussa faciente. si propterea patrem iubentē intellegis quia scriptum est. dixit
ds faciamus hominem. Ergo iussit & filius quia tu ipse non patrē accipis dixisse sed filiū
faciamus ei adiutorium. & sicut illud ubi dictū est. & fecit ds hominē. oboedisse iubenti patri
filium uis uideri. quia pater dixerat. faciamus hominē. Ita etiam ubi legimus. & inmisit ds
sāporem in adam & sumpsit unam de costis eius & cetera. Quibus ostenditur factum homini
esse adiutorium. oboedisse patrē iubenti filio te auctore intellegamus. quia non patrē sed fili
ū dixisse asseris. faciamus ei adiutoriū. Sed hoec ita loquor. quasi ad causam quae a nobis
agitur quidquam pertineat. quodlibet hinc uolueris credere aut suspicari. pror
sus sicut dicis. pater iusserit ubi dictum est faciamus hominem. & filius oboedierit.
ubi dictum est. fecit ds hominem. prorsus sicut te delectat filius dixerit non est bonum solū
ēē hominem faciamus ei adiutorium. Sed talia dicens ipse non iusserat quia hoc uultis.
quomodo ostendis filium qui hominem fecit ab homine uisū. quomodo ostendis filiū
qui dixit non est solum bonum ēē hominem faciamus ei adiutorium ab homine uisum
uel ab ipsa muliere si eam factam non uis a patre ne filio pater oboedisse uideatur.
sed ipse eam filius tamquam sibi iungens sibique obediens & faciendam dixit
& fecit. Demonstra filium uisum ēē a uiro uisum ēē a muliere. demonstraturū
te quippe promiseras & ante quam in carne retur. uisum fuisse humanis aspec
tibus filium. Ostende promissa quid pergis in uacua quid deludis & spectationē
nostram nec exhibes pollicitationem tuam multiplicas uerba non necessa
ria ut necessaria occupes tempora si propterea uisus est a uiro filius quia fecit
eum & propterea uisus est ab eius muliere quia fecit eam. Definisi audes
non posse dm̄ filium & operari uidentia. & a suis operibus quamuis alia
uidentibus non uideri. Si autem hoc potest ds filius ipse quippe nunc ope
ratur cuncta uidentia & tamen eorum a seipso creatis oculis non uidetur.
Quid est quod dixisti. qur ista de libro geneseos in tuo sermone posuisti.
Qur nobis necessaria temporum spatia super flua loquacitate finisti.
sed iste inquis filius uisus est & ade secundum quod legimus adam dicentē.

in carne nasce pet

uocem tuam audiui deambulantis in paradiso & abscondime quia nudus sum.
Hoc ergo prius diceres homo bone. inde inciperes promissa monstrare quam
uis & hic adam. uocem tuam inquid audiui. non ait faciem uel speciem tuam uidi.
& quod ait abscondime quia nudus sum. Uideri se ab eo timuit. nondum
se uidisse monstrauit. nam si uox quando auditur. sequitur uisio. Uisus est
& dominus pater. quotiens uoce attestatus est filio. Nouimus quippe in euuange
lio uerba patris sonantis atque dicentis tu es filius meus dilectus & cetera.
Ubi ab hominibus auditus. non tamen uisus est. ac per hoc & in illis uerbis
quae adiungis ubi dicit Quis nuntiauit tibi quia nudus es & sequentia potuit
audiri & non uideri dominus. Nondum itaque aliquid ex eo quod promiseras dixisse te
uideo. & dic tandem aliquid quod discutere debeamus. aut quod pro tua causa esse
fateamur. hic dominus inquis & abrahae uisus est. Uisum esse dominum abrahae negare
non possumus; scriptura quippe fidelissima apertissime loquitur hoc
dicens Uisus est autem illi dominus ad quercum mambrae. sed neque hic expres
sum est utrum pater an filius; Eum autem narrat scriptura quomodo ei
uisus sit dominus tres uiros illi apparuisse declarat. in quibus magis ipsa trinitas
qui unus est dominus. Recte intellegi potest. denique tres uidet. & non dominos
sed dominum appellat. quo trinitas tres quidem personae sunt. sed unus dominus dominus. Sic autem
narratur quod uidit abraham respiciens inquid oculis suis uidit. & ecce
tres uiri stabant super eum. & uidens procucurrit in obuiam illis ab ostio
tabernaculi sui. & adorauit super terram & dixit. domine si inueni gratiam ante
te ne pretereas seruum tuum. Hic uidemus tres uiros apparuisse. & unum
dominum dominum diciunum dominum rogari. ne pretereat seruum suum quoniam con
gruit domino uisitare famulos suos. deinde tres personas pluraliter alloquitur
dicens. Sumatur nunc aqua & lauem pedes uestros & refrigerate sub arbore
& sumam panem & manducate. & postea transibitis in uiam uestram prop
ter quod declinastis ad seruum uestrum. manifestum est eos tamquam
homines inuitari. non enim tale illis preberetur obsequium quo indigentia

reficerent corpora nisi homines putterentur & scriptura pluraliter eos respon
disse commemorat. ait enim & dixerunt sic fac quemammodum dixisti.
Non ait & dixit sed dixerunt. deinde cum esset parata refectio dicit scriptura
& apposuit ante illos & ederunt. Non ait & apposuit ante illum & edit.
Sed ubi adiduentum est ut abrahe filius promitteretur ex sarra. Quia
diuinum offerebatur beneficium non ut hominibus humanum exibebat
obsequium. Unum narrat scriptura dicentem ubi est sarra uxor tua.
non enim ait dixerunt autem ad illum sed ait dixit autem ad illum ubi est sarra
uxor tua. Quis autem hoc dixerit postea manifestat. Ubi cum risisset
sarra ait eadem scriptura & dixit dn̄s ad abraham quare risit sarra
in sem & ipsa & cetera usque in finem. Tamquam unus dn̄s singulari
ter loquitur. Ac post hæc ut homines pluraliter abire narrantur
& dicitur exurgentes autem inde uiri conspexerunt in faciem sodo
morum & gomorreorum. abraham uero ambulabat cum illis deducens.
Rursus autem redit scriptura ad singularem numerum ac dicit.
Dn̄s autem dixit numquid celabo ego puero meo abraham quæ ego facio
Deinde promittitur abrahæ prædara & copiosa posteritas & sodomorum
denuntiatur interitus; Sequens autem scriptura dicit & conuersi in
de uiri uenerunt sodomam. abraham autem erat adhuc stans ante
dn̄m & ad propi ans abraham dixit. Ne simul perdas iustum cum im
pio. & erit iustus tamquam impius. Et post conlocutionem dn̄i atq
abrahæ sequitur scriptura & dicit abiit autem dn̄s ut desiit loqui ad
abraham & abraham regressus est in locum suum. Uenerunt autem
duo angeli in sodomam ad uesperam. Hi sunt de quibus paulo ante
prædixerat. Conuersi inde uiri uenerunt in sodomam sed duos ee
non expres serat cum ab initio tres uiros dixisset apparuisse abrahæ
& ospitaliter ab illo ee susceptos. quos & abeuntes deduxit ambulans
cum eis. Fortas sis ergo iam pronuntiare festinas unum fuisse

in eis dn̄m xp̄m Qui singulariter promittebat & respondebat abrahæ. duos
uero illos angelos eiusqui uenerunt in sodomā tamquam misi angeli a dn̄o suo.
Sed expecta quid properas consideremus omnia diligenter ac prius intuea
mur uerba dn̄i loquentis abrahæ. Clamor sodomorum in quid & gomorræ
multiplicatus est & peccata eorum magna ualde descendens ergo uidebo si
secundum clamorem ipsorum uenientē ad me consūmcent; hic seipsum
descensurum dixit in sodomā. quotamen non ipse descendit sed angeli duo
Ipse quippe abiit ut desiit loqui ad abraham abraham autem reges sus est
in locum suū: Uenerunt autem sicut dictum est duo angeli ad uesperam
in sodomā quid si & in illis duobus angelis unus dn̄s inuenitur. qui secun
dum uerbum suum in ipsis angelis descendit in sodomā; Non ne ma
nifestum erit in tribus illis uiris unum dn̄m uisum. ubi quid aliud quam
ipsa trinitas figurata est. Sed uideamus utrum nobis scā scriptura demons
tret & iam in illis angelis duobus ut dixi unum dn̄m inuentum ne for
te hoc & nostro corde adfirmasse uideamur; Uenerunt duo angeli
in sodomā ad uesperam loth uero sedebat sicut scriptum est iuxta portā
sodomorum uidens autem loth surrexit in obuiam eis & adorauit in
facie in terram. Uides nempe hic aiusto uiro angelos adoratos & tu non
uis adorari sp̄m sc̄m. quem uos quoque omnibus sine ambiguitate præ
ponitis. Sed dicturus es homines eē credebat. Nam & in ospicium
tamquam homines inuitauit. Hoc magis est contra te quidicis non ad
orari sp̄m sc̄m omnibus angelis præferendum cum uideas & homines
inferiores angelis aiustis hominibus adorari. Sed adhuc dicturus
es dn̄m adora uit. eum quippe in duobus illis quos putabat esse homines
tamquam in profetis esse cognouit. Iam ergo probatum est quod me
per scripturam scā̄m demonstraturum eē promiseram. eundem
dn̄m qui dictus fuerat abisse ut cessauit loqui ad abraham. In illis
duobus angelis descendis se in sodomā sicut dixerat & in eis

abhomineiusto agnitum fuisse. exibuit itaq hospitalitatē
quomodo scīs hominibus dī inquibus dm̄ ēē cognouit. cum eos
sicut &iam ipse abraham angelos ēē nescir&. hii enim patri
archęsunt significati inepistula adhebreos ubi dehospitalitate
loquens ait. perhanc enim quidam nescientes hospitio receperunt
angelos. Receptis ergo eis loth nesciens quod angeli essent. cognos
cens tamen sicut ipso dn̄o demonstrante cognoscere potuit quis in eis ess&
ut ea quæ interea facta sunt taceam. Exiit cum eis desodomis quod
antequam fier& sicut scriptura loquitur. dixerunt uiri ad loth sunt
tibi hic generi aut filii aut filię aut si quis tibi alius est in ciuitate.
educ de loco hoc quoniam perdimus nos locum hunc quia &alta
tus est clamor eorum ante dm̄. &misit nos dn̄s conterere eum.
Ecce ubi appar& illud incendium sodomorum per angelos factum.
quos misit dn̄s inquibus tamen & ipse erat. Neque enim sic mittit
suos ut recedat ab eis. In eis ergo descendit in sodomā quod se facturū ēē
prædixerat. quando cum abraham loquebatur. quod post ea quam
fecit abisse ipse dictus est. &angeli uenisse in sodomā aduesperam.
deinde paulo post. mox ut eduxerunt illum foras &dixerunt sicut ea
dem scriptura narrat. Saluum fac animam tuā ne respexeris r&ro
nec steteris in tota regione in montem saluum te fac. ne quando con
prehendaris. dixit loth ad illos. o rodn̄e quia inuenit puer tuus mise
ricordiam ante te. &cetera quæ cum finis s& loquendo. &elegis s& sibi
ciuitatem pusillam in qua sal uar&ur. Sequitur scriptura &ei
dicit ēē respon sum. ecce miratus sum faciem tuam. &super uerbum
hoc ne euerterem ciuitatem. de qua locutus es. festina ergo ut sal
uus sis ibi. non enim potero facere uerbum donec tu illo intro eas.
Quis hoc ei respondit. nisi ille cui dixerat. o rodn̄e. hoc autem ad
ambos dixerat non ad unum. sicut apertissime scriptum est.

Dixit autem loth ad illos. oro dñe. agnouit ergo loth unum
dñm in angelis duobus sicut abraham unum dñm agnouit
in tribus. Non est qur dicatur ille abierat qui dñs erat Et cum
abraham loquutus erat duo uero angeli eius erant qui in sodoma illo abe
unte uenerunt. Omnes enim tres uiri dicti sunt qui apparuerunt abrahæ
Sicut scriptura sol & uiros & iam angelos nucupare nec eorum alicuiuni prom
tius & humilius abraham obsequtus est quam duobus sed æqualiter omnib:
pedes lauit æqualiter omnib: æpulas ministrauit. ergo in omnibus dm̄
uidit propter quod scriptura prædixerat. quod uisus fuerit ds̄ abrahæ
ad quercum mambræ. sub cuius umbra arboris tres uiros pauit quos
oculis corporis uidit. In eis uero dm̄ non corporis. sed cordis oculis
uidit. id est intellexit atque cognouit sicut loth in duobus cum quo non
pluraliter sed singulariter loquebatur eiq: respondebat & iam ipse tam
quam unus. Primo quippe abraham per tres uiros illum audiuit post ea
per unum qui duobus in sodomā euntibus manens locutus est cum eo:
Loth autem per duos tamen & ipse unum dñm quem pro liberatione sua roga
bat & qui ei respondebat audiuit. cum ambo id est & abraham & loth homines
putarent eos quia angeli erant dm̄ uero in eis intellegerent qui erat non
putarent esse qui non erat. Quid sibi ergo iā uult ista uisibilis trinitas & intelle
gibilis unitas nisi ut nobis insinuar & ur quod ita tres essent pater & filius
& sp̄s sc̄s. ut tamen simul non tres dii & dñi essent. sed unus dñs ds̄. Tu autē
dixisti hic ds̄ uisus est abrahe scienstelegisse quod scriptum est uisum esse
dm̄ abrahæ ad quercum mambre. et uolens quasi probare dm̄ filium ui
sum eē illi patriarche declinasti ab illis tribus uiris & eos omnino tacuisti
in quibus narrat scriptura dm̄ uisum fuis se abrahæ. Ne tu ipse nos admo
neres unius esse substantiæ trinitatem dm̄. sicut unius erant substan
tiæ tres uiri quos uidit abraham cum prædixisset scriptura uisus est
dñs abrahæ. Nec tamen tres deos esse quia & uisus est ds̄ dictum est non

uisi sunt dii · & ipse abraham tres uidit · & unum adorauit · a quo preteriri noluit
ab uno respon sōr diuinitatis accepit · Ne aliquos duos eorum duos eē deos
sensit · sed unum in om nibus · quia & loth · duos uidit · & tamen agnouit
unum dm̄ · Ubi mihi uidentur per angelos significati · filius · & sp̄s scs̄ · quō
se illi angeli missos esse dixerunt · & de trinitate quæ ds̄ est · solus pater non le
gitur missus · Leguntur autem missi · & filius & sp̄s scs̄ · quorum non ideo
est diuersa natura · nam & illi uiri per quos significati sunt · unius erant eius
demq; nature · Hanc ergo scripturam · qua conuinci posses astuto silentio de
uitasti · & cum dixisses hic ds̄ uisus est abrahæ · uolens filium solum uisum putari
in eo quod in genesi legitur uisum eē dm̄ abrahæ · Quomodo sit uisus dicere
ne ibi non solus filius sed trinitas agnosceretur ds̄ · Dixisti autem si uis credere
quia filius uisus est abrahæ · utique ipse unigenitus in scō affirmauit euuangelio
sic · Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum · & uidit & gaui
sus est · O disputare · o probare promissa · quasi dixerit di filius · abraham
pater uester con cupiuit me uidere · & uidit & gauisus est · Quamuis hoc sic
adhuc intellegi posset · quod scs̄ patriarcha oculis cordis uiderit & di filium non
oculis carnis · unde inter nos uertitur questio · Sed cum dixerit xp̄s · abrahā
concupiuit diem meum · & uidit & gauisus est · qur non diem xp̄i intellegi
mus tempus xp̄i · quo erat uenturus in carne · quod abraham sicut alii pro
phete in spū potuit uidere atq; gaudere · Neque hic igitur quod proposueras
& pollicitus fueras probare potuisti · Post hæc uenisti ad iacob · qui alucta
tus est cum angelo · quem scriptura ipsa geneseos · & hominem dicit · & dm̄ ·
Nam ita legitur · Remansit autem iacob solus · & luctabatur homo cum illo ·
usq; in mane · uidit autem quod non pot est ad eum · & tetigit latitudinem
femoris eius · & obstipuit latitudo femoris iacob dum luctaretur cum eo ·
& dixit illi · dimitte me ascendit enim aurora · Ille autem dixit non te dimit
tam nisi me benedixeris · dixit autem illi quod est nomen tuum · ille autē
dixit · iacob · & dixit ei · non uocabitur amplius nomen tuum iacob · sed israel

erit nomen tuum quia ualuisti cum dō & cum hominibus potens es. Rogauit
autem eū iacob dicens enuntia mihi nomen tuum & dixit. Quare hoc inter
rogas tu nomen meum & benedixit eum illic & appellauit iacob nomen loci eius
aspectus dī uidi enim dm̄ facie ad faciē. & saluafacta est anima mea. Exista lec
tione unicum dī filium & ante quam uenisset in carne uisibiliter apparuisse conaris osten
dere. Ubi & si non absurde xp̄s intellegitur figuratus per prophetam futura
nunciantem quia futurum erat ut iacob in filiis qui crucifixerunt præualu
isse xp̄o uideretur & in filiis suis uideret xp̄m faciæ ad faciē & saluafiet &
anima israelitarum qui fideliter hoc uiderunt. Tamen hunc hominem qui
luctatus est cum iacob Oseæ propheta euidenter angelum dicit: Sic enim
apud eum scriptum est de iacob. In utero subplantauit fratrem suum & in
labore suo præualuit dō & confortatus est cum angelo & potuit sicut ergo
in genesi ille qui luctatus est cum iacob & homo & dēs dicitur. Ita & ab hoc pro
pheta & dēs angelus. hac per hoc ita qui erat angelus dictus est homo. quomo
do illi dicta sunt uiri qui apparuerunt abrahe quando nescientes & ipse
& loth. ospicio receperunt angelos. Dēs ergo erat in angelo sicut est dēs in ho
mine maxime quando per hominem loquitur. Ita uero per hunc ange
lum figuratus est xp̄s. Sicut per hunc hominem. Nam & isaac filius abra
hæ quid erat in figura nisi xp̄s. quando sicut ouis ad immolandum ductus ē
& quando sicut dn̄s crucem suam ita & ipse sibi quibus fuerat inponendus
ligna portabat. Postremo quid miramur per angelum figuratum eē
ihm̄. si non solum per hominem uerum & iam per pecudem figuratus est.
Nam quis alius erat ille aries qui cornibus tenebatur in uepre nisi xp̄s
crucifixus uel spinis & iam coronatus. Hunc autem arietem pro filio cui
parcere iussus est immolauit abraham. Ita enim homini parcidēs iussit
ut tamen & pecore propter passionem xp̄i qua illo modo prenunciabatur
misterium sacro sanguinis inpleretur. si ergo putas proprietate non
figura xp̄m fuisse angelum qui luctatus est cum iacob. potes dicere pro

prietate nonfigura xp̄m fuisse arietem · quem patri archa immolauit
abraham · potes postremo dicere proprietate nonfigura xp̄m fuisse petrā
que per cussa ligno sitienti populo potum largissimum fudit · sic enim dicit
apostolus bibebant enim de spiritali sequenti petra petra autem erat xp̄s:
Figure iste non res ipse fuerunt · quibus figuris præcedentibus res signi
ficabantur eē uenture; Que figure per subiectam dōcreaturam & maxime
per angelorum ministeriōm mortalium exhibebantur asspectibus · dm̄
quidem agentem potentiam · sed tamen latente natura siue patris siue filii ·
siue sp̄s sc̄i · Frustra itaq; ad seris filium dī uisum fuisse ab hominibus · patrem
autem non uisum fuisse · cum per subiectam sibi creaturam & pater uideri
potuerit · & filius & sp̄s sc̄s · per suam uero substantiam · nullus illorum ui
sus est · ergo ds̄ sicut infirmis hominum sensibus magis significatus
quam demonstratus est · non itaque uisus est sicut est · Hoc quippe in
futura uita promittitur sc̄is; Unde dicit apostolus iohannes dilectis
simi nunc filii dī sumus & nondum apparuit quid erimus · Scimus autē
quia cum apparuerit similes eierimus · quoniam uidebimus eum sicut iē:
Uiderunt ergo & in hoc seculo qui cum q; uiderunt · sed non sicut est · deniq;
moyses eum sibi cupiebat ostendi · quam uis cum illo facie ad faciem
scriptura in dice loqueretur · quod cum in ea superius prosecutione
dixissem quasi non audieris preteristi · cum tibi eiusdem meæ prosecutio
nis recitari & tabulis uniuersa fecisses · Non autem discernens quid
sit uideri dm̄ per substantiam suam · & quid sit uideri dm̄ per subiectam
creaturam · in tantam blasphemiam decidisti · Ut unigenitum dī
filium · per hunc ipsum quod ds̄ est · mutabilem diceres · quando qui
dem soli patri putasti eē tribuendum quod scriptum esse dixisti
Ego sum qui sum & non sum mutatus; quasi filius uel sp̄s sc̄s sit mutatus
quando uisibiliter apparuit · uel ille quod constat natus ex femina · uel
iste in specie columbe · aut in igneis linguis sed humanis aspectibus

monstrans. Unde iam respondi tibi in eo sermone ubi ostendi non te refel
lisse quae dixi. Nunc uero ut intellegas quomodo dixerit dñs ego sum
qui sum & non sum mutatus. uel quod scriptum magis inuenitur. ego
enim dñs & non mutor. quoniam non solus pater sed dñs unus dixit hoc
quod est ipsa trinitas. psalmum adtende ubi legitur. Tu in principio dñe
terram fundasti & opera manum tuarum sunt caeli & ipsi peribunt
tu autem permanes bis & omnes sicut uestimentum ueterescent & ue
lud tegimentum mutabis eos & mutabuntur. Tu autem idem ipse es & an
nitui non deficient. Hoc autem ad filium dñi dictum eē in epistula quae est
ad hebreos scā scriptura testatur. qui si uero non intellegat ubi dicitur caeli
mutabuntur tu autem idem ipse es. Nihil dici aliud nisi tu non mutaris. hac
per hoc & iam dō filio conuenit dicere Ego sum qui sum & non sum mutatus.
uel ego enim dñs & non mutor. quod tu ideo soli patri adsignasti ut in sua
substantia crederetur eē mutabilis filius tanquam ita suscéperit homi
nem ut in hominem uerteretur. hanc tantam blasphemiam non emen
dabis nisi credideris in assumptione hominis accessisse filio quod non
erat. Non autem cessisse uel defecisse quod erat. Deinde quaero quis
apparuerit moysi in igne quando rubus inflammabatur & non ure
batur. quamquam & illic angelum apparuisse scriptura ipsa declaret
dicens. Apparuit autem illi angelus dñi in flamma ignis de rubo. In an
gelo autem dñm fuisse quis dubitet. sed quis dñs erat utrum pater an fili
us. dicturus es filius. non uis enim patrem ullo modo uel per subiectā
creaturam uisibus apparuisse mortalium. sed quod lib& horum eligas.
ad utrumque respondeo. Si pater erat apparuit & pater hominibus.
Si filius erat non mutatur & filius. Ibi enim cum quesisset moyses
quis esset qui eum mitteret. ille respondit. ego sum qui sum. Quod quid
est aliud nisi mutabilis non sum. Sicut proph& icum testimonium
ipse posuisti. Ego sum qui sum & non sum mutatus. dixit & iam rursus

admoysen. ego sum dñs abraham dñs isaac & dñs iacob. Aude si potes negare dñm
patrē esse abraham & isaac & iacob si non ipse de rubo. sed filius loquebatur.
Si autem pater confitere & iam patrem dñm hominibus uisum. Si uero uterque est
dñs abraham & dñs isaac & dñs iacob quid esse ambiguis aut ambigis utrumque unū
dñm. Iacob quippe est israel cuius filius dicitur. Audi israel dñs dñs tuus dñs unus est.
Quapropter uerum eē agnosce quod dixi diuinitatem non per substantiam
suam in qua inuisibilis & inmutabilis est. Sed per creaturam sibi subiectam mor-
talium oculis apparuisse cum uoluit. non itaque sicut accipere uel accipe mea
uerba uoluisti. Ego diuinitatem sic patribus ostendisse dixi tamquam eam
uoluerim credi uisibilem quam prius inuisibilem dixeram. Sed dixi quando
se patribus diuinitas ostendebat per subiectam creaturam se uisibilem de-
monstrabat. Nam per ipsam suam naturam usque adeo inuisibilis est ut ipse
moyses ei cum quo facie ad faciem loquebatur dicer & si inueni gratiam tan-
tete ostende mihi dēmet ipsum manifeste. Ecce quod dixi relege & inue-
nies me uerum dicere. te autem intellegere noluisse uel non potuisse quod
dixi. Audi ergo idipsum me aliquanto planius disserentem. Ego diui-
nitatem patris & filii & spūs scī in sua natura atq; substantia mortalib;
oculis inuisibilem dico. Eam uero se informas uisibiles uertere. absit ut
dicam quia & inmutabilem dico. Restat ergo ut aspectibus hominis quando
se ostendit ut uoluit. Per subiectam intellegatur hoc fecisse creaturam.
que potest oculis apparere mortalibus. Quid est autem quod cum de patre
dixisses unus est inuisibilis unde iam satis est disputatum. addidisti unus
& iam incappabilis atq; inmensus. incappabilem quidem non legimus dñm.
qur sane dicas incappabilem nescio. Si enim capi non potest. quomodo non
solum filius uerum & iam pater. Ueniunt ad hominem sicut dicit ipse
filius & mansionem faciunt apud eum. puto quod capiat eos apud quem faci-
unt mansionem. An forte dices non ex toto sed ex parte capiuntur. Dic
quod uis respondetur tibi. Non sunt ergo incappabiles qui sunt uel ex par

te capabiles. an ideo tibi non sufficit incapabilem dicere. sed addidisti & inmen
sum. Ut exponeres quatenus incapabilem dixeris. Idest. quia totius capax
non est humana natura. Inmensus est enim. Uerum hoc & de filio dici potest.
Neque enim quisquam sic capit unigenitum uerbum. ut eius capacem se
omnimodo audeat profiteri. Prorsus & iam ipsum non eē dubitamus
inmensum. Nam quero abste de quo accipias quod scriptum est. mag
nus est. & non habens finem. excelsus & in mensus. de Ipso quippe paulo post
dicitur. Hic dñs noster non estimabitur alius ad eum. inuenit autem
uiam discipline. & dedit eam iacob puero suo. & israel dilecto suo. Post
hec super terram uisus est. & inter homines conuersatus est. Quis est
iste responde. Quis est inquam magnus. & non habens finem excelsus.
& inmensus. qui super terram uisus est. & inter homines conuersatus est.
Uideo quos estus quas patiaris angustias. Times dicere. pater est. ubi audis ui
sus ē super terram & inter homines conuersatus est. Tu autem patrem per suā
substantiam reuera inuisibilem. Nec per subiectam creaturam uiseē ab homi
nibus uisum. Times dicere filius est. ubi audis non habens finem excelsus & inmen
sus. Tu enim patrem tantūmodo esse contendis inmensum. Times dicere spūs scē.
ubi audis. hic dñs noster. Tu enim nec dm̄ uiseē spm̄ scm̄. Quid es acturus quid
responsurus homo qui non uis eē catholicus ut xp̄m sic accipias. in forma serui
super terram uisum & inter homines conuersatum. ut tamen in forma dī in qua
inuisibilis mansit. Confitearis immensum. Hic dñs noster non estimabitur
alius ad eum. Quis alius nisi anthichristus. quem uerum xp̄m fides uera non
estimat. Sed eum prouero xp̄o execrabilis iudeorum error expectat. Si ho
ras & petis ut dicis discipulus eē diuinarum scripturarum. ad rem pertinen
tia testimonia diuina considera. Noli per multa quae te nihil adiuuant
euagari. Elige prudenter tacere quam inaniter loqui. Quando non
inuenis quid respondeas manifestissime ueritati. Timere te ostendis ne
te nudem discipuli stuis. Utinam tu xp̄o sic induaris. ut discipulos tuos

magis ipsius uelis discipulos eē quam tuos. Nam me non penitet quantecum
dn̄s donat operam dare. ut et tu et discipulitui sub uno magistro sitis condisci
pulimei Tractaui autem eo cui post tantum tempus adhuc te responsurū
eē promittis Si ita responsurus es aut modo respondisti. uel interrogati
onibus uel prosecutionibus meis non plane aliquid respondebis. Sed ut
homines non intellegentes quomodocumq; decipias non tacebis. Ex his
igitur omnibus quæ sicut potui disputaui. Satis appar et patris et filii et
sp̄s sc̄i unam eē uirtutem unam esse substantiam unam dīitatem unā
magestatem unam gloriam quia ipsa trinitas est unus dn̄s ds̄ noster
de quo dictum est Audi israel dn̄s ds̄ tuus dn̄s unus est. Tunc autem
dictum est quando dn̄s solus deducebat eos et non fuit in eis ds̄ alienus.
neque enim non eos ducebat et xp̄s cum dicat apostolus neque temptemus xp̄m
sicut quidam illorum temptauerunt Aut xp̄s non est ds̄ aut xp̄s ds̄ est alienus;
Hic est ergo ds̄ pater et filius et sp̄s sc̄s trinitas unus ds̄ cui uni iubemur ea
quæ n̄ nisi dō debetur seruitute seruire Cum audimus dn̄m dm̄ tuum
adorabis et illi soli seruies Neque enim hac seruitute non seruimus xp̄o
cuius membra sumus. Hec trinitas unus ds̄ dicit ego sum dn̄s et non ē
alius præter me. neque enim non est dn̄s xp̄s quem uos quoque dm̄ et dn̄m
confitemini aut sp̄s sc̄s non est dn̄s domus suæ hoc est templi sui ipse est quip
pe sp̄s dn̄i de quo dicitur. dn̄s autem sp̄s ē ubi autem sp̄s dn̄i ibi libertas. Hæc
est trinitas unus ds̄. de quo dicit apostolus nullus ds̄ nisi unus Non autem
cum hoc auditis dm̄ negare unigenitum audetis. Hic ds̄ trinitas dicit.
Ego enim dn̄s et non mutor. non enim mutatus est xp̄s cui dicitur mutabis
cælos et mutabuntur tu autem idem ipse es. aut mutabitur sp̄s ueritatis
cum sit inmutabilis ueritas cui tantum honorem dat ipse xp̄s ut dicat expe
dit uobis ut ego eam. nisi eni ego abiero paraclitus non uenit ad uos. Et quicū
que dixerit blasphemiam in filium hominis dimittetur ei. qui autem dixe
rit in sp̄m sc̄m non dimittetur ei Et cum de ipso dixerit. ecce ego uobiscum

sumus quæ in consumationem seculi. de illo dicit ut uobiscum sit in æternū.
his atque huius modi testimoniis quæ omnia quærere & colligere longū
est. Si pacifice adquiescas eris quod orare & optare te dicis. diuinarum
scripturarum discipulus. ut de tua fraternitate gaudeamus.

EXPLICIT. LIB. II. AURELI. AUGUSTINI. EPI

ADUERSUS. MAXIMIANUM. ARRIANORUM. EPM.

ALTERCATIO. HERACLIANI. LAICI. CUM GERMI
NIO. EPO SIRMENSI. DE FIDE SYNODI NICAENAE.
ET ARIMINENSIS. ARRIANORUM. QUOD GESTUM EST
IN CIUITATE. SIRMINIA. CORAM OMNI POPULO. IDUS. IAN.
VI. FERIA. GRATIANO. ET. DAGALAIFO CONSULIBUS.

Eduxerunt heraclianum. & firmianum. & aurelianum de custodia
coram omni plebe. epo sedente in cathedra cum omni clero coram omni
populo. & maioribus natu populi. Germinius dixit ad heraclianum. Quid
tibi uisum est suadere hominibus. In omousion quod uani homines conposuerunt.
Heraclianus dixit. Ergo trecenti & eo amplius episcopi uani fuerunt.
Germinius dixit. Quid uult eē omousion. Heraclianus dixit. Tu qui
pro scandalo hoc in populo predicas & græcenosti dicere. Germinius dixit.
Hoc eusebius ille exiliati cius te docuit & hilarius qui nunc ipse de exilio uenit.
Heraclianus dixit. Ego iure & auctoritate diuinarum scripturarum loquor.
quid mihi hæc adponis ut extollas me a uia ueritatis. diuinis legibus contenda
mus. dicendi enim & altercandi facultas patet. Germinius dixit. Tu quasi
quis male serue presbiter es & diaconus es. Heraclianus dixit. Neque presbiter
sum neque diaconus. Sed tanquam minimus omnium xpianorum prouita
mea loquor. Germinius dixit. Uidete quantum loquitur nemo illi den

8

tes eruit. Tunc percusserunt eum iouinianus diacon & marinus lector. Heraclianus dixit
hoc ad felicitatem & ad gloriam meam pertinet. Germinius dixit. Dic hera
cliane ego te baptizaui quomodo a me recepistis. Heraclianus dixit.
Accepiate in nomine patris & filii & spus sci. Non enim accepi in dō maiore
& in dō minore & hunc creatum sic & in spū scō dicis. Germinius dixit
Si spus non esset beatus mentitus est paulus apostolus qui dicit omnia per xpm
creata sunt in cælis & in terra uisibilia & inuisibilia. Si ergo spus non est per
ipsum creatus ergo non sunt omnia per ipsum creata. Heraclianus dixit
Si iubes dico. Germinius dixit. dic. Heraclianus dixit. Scriptum est in esaia
propheta audi me iacob & israel quem ego uoco ego primus & ego in & ernū
& manus mea fundauit terrā dextera mea solidauit cælum uocabo eos om
nes & astabunt simul & congregabuntur omnes & audient quis illis hec
adnuntiauit diligens te feci uoluntatem tuam aduersus babylonem
ut tollatur semen chaldeorum ego locutus sum ego uocaui ego adduxi
eum & prosperum iter ei feci accedite ad me & audite me hæc non in occulto ab
inicio locutus sum nec in loco terre tenebroso cum fierent illic eram & nunc
dns misit me & spus eius sic dicit dns qui liberauit te scs israel. ego sum dns ds
qui ostendi tibi uiam in quam bules & si audisses mandata mea facta esset & ut lux
pax tua & iustitia tua ut fluctus maris & sicut harena semen tuum. Dic er
go nunc tu episcope de quo hæc scripta sunt. At ille dixit tu ipse dic. Hera
clianus dixit. Te oportet dicere me uero condecet audire. Germinius dixit
de patre hæc scripta sunt. Heraclianus dixit. Et pater a quo missus est
Germinius tacuit horam amplius unam. Heraclianus dixit. Euidenter
de dī filio & spū dī uiui dicta sunt. Ecce habes trinitatem probatā diui
nitatem declaratam per os sci prophete esaiæ. Et cum dixisset hoc he
raclianus germinius cepit eum conlaudare dicens. bonum cor habes
& bene natus es & ab infantia tua nouimus te conuertere ad eclesiam
nostram. Cui & alii plures dicebant. Domne episcope ipse erat qui.

contra hereticos tenebrosi fotini contendebat quomodo nunc ipse
hereticus factus est Germinius dixit Ego fidem meam exposui eusebio
& manifestaui & placuit ei ut ipse filius dī dicit Pater qui me misit maior
me est & non ueni facere uoluntatem meam sed patris qui me misit
Nam & de spū scō sic scriptum est nisi ego abiero ad patrem meum non ueni &
ad uos sp̄s paraclitus & a se non loquitur hic de meo accipi & & adnunciabit
uobis his uerbis loquebatur ad populum uerum ego talem fidem habeo
patrem dico innatum inuisibilem inmortalem sine initio sine fine filium
uero eum dico ante secula initium ex patre dn̄ ex dō lumen ex lumine
Sed talem non dico qualem patrem Ipse enim dicit pater qui misit
me maior est & non ueni facere uoluntatem meam sed patris qui me mi
sit Sp̄m scm̄ dico principem angelorum archangelorum sicut enim non
similia filius patris per omnia ita nec sp̄s scs̄ filio Heraclianus dī
Maior est pater sed in nomi ne tantum Nam paulus apostolus dicit
Xp̄s dī uirtus & dī sapientia tu non credis quia propria dī uirtus est & dī
filius & dī uerus nam & dī totus uirtus est & per eandem uirtutem om
nes uirtutes factas eē cognoscimus Sic enim scriptum est Uerbo dn̄i cæli
firmati sunt & spū oris eius omnis uirtus eorum Intellege ergo quia per
unam uirtutem omnes uirtutes in cælis & inter ra & infernis per unam uir
tutem & nihilo expresserunt Germinius dixit Ergo tu talem dicis
filium ut & patrem Heraclianus dixit Sic scriptum est in euangelio a io
hanne cum filippus apostolus dicer & dn̄e ostende nobis patræm & suf
ficit nobis Respondit ei ihs̄ tanto tempore uobiscum sum & non cogno
uistis me filippe qui me uidit uidit & patrem meum & ego & pater unum
sumus quomodo tu dicis osten de nobis patræm Non credis quia ego in pa
tre & pater in me est Intellege ergo talem filium qualem & patrem
Et tacuit germinius Loqutus est autem presbiter theodorus & dixit
Scriptum est ubi filius dī dicit quia de die & hora nemo scit neque angeli

neq: archangeli neque filius sed pater in sua potestate posuit. Quomodo ergo
tu dicis quia talis est filius sicut & pater. Heraclianus dixit. qualem dm̄ præ
dicas qui de die & hora ignorat. Theodorus dixit. Cum confusione sic scriptū
est. Heraclianus dixit. Non legisti quia litera occidit. sp̄s autem uiuificat.
adubi hic confusus & humiliatus tacuit. Agrippinus dixit. Scriptum est
in apostolo paulo. cum tradiderit regnum dō & patri. cum euacuauerit omnem
principatum & omnem potestatem & uirtutem. oportet eum regnare donec po
nat omnes inimicos sub pedibus eius. omnia enim subiecit sub pedibus eius.
nouissime inimica destruetur mors. Cum autem dicat quia subiecta sunt ei
omnia. manifestum preter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem sub
iecta ei fuerint omnia tunc & ipse filius subiectus erit ei. qui sibi subiecit om
nia. ut sit ds̄ omnia in omnibus. Quomodo ergo tu dicis. quia talis est filius
qualis & pater. Heraclianus dixit. Sic sentiendum est quem ammodum
tu dicis. Ergo adhuc eē hab & ds̄ futuri temporis in finem. nam nunc non ē.
Si enim sic scriptum est. ut sit ds̄ omnia in omnibus. Inanis est ergo fides tua
frustra præsumis. quid dm̄ ante tempus prædicas. Quem ammodum est
orote. una est diuinitas anduē. Agrippinus dixit. Una est. Heracli
anus dixit. Bene dixisti. ergo diuinitūs quæ subdita est. iam non est diui
nitūs paterna. At ille dixit. Tu negas filium subiectum patri. Heraclianus dixit.
Uoluntate non necessitate. Nam ut iscias quia uoluntate. & discipulorum suorum
pedes lauit. Nam & in alio loco scriptum est. sp̄s prophetarum prophetis subiec
tus est. numquid ergo quia scriptum est. maiores sunt prophete. sp̄u diuino dī.
Nam & in alio loco dicit paulus apostolus ad timotheum. omnis scriptura di
uinitus inspiratte utilis est ad docendum ad conroborandum. Quomodo ergo
uos dicitis filium dī creatum eē. & dicitis quod loquitur per prophetas
& paraclitus per apostolos qui dicitur aduocatus. Si ergo loquitur filius
constitutus ante secula ds̄ ut uos dicitis. sp̄s sc̄s. per eundem creatus est.
iam ergo non est omnis scriptura diuinitus inspirata. & quid faciemus

de tantorum multitudine testimoniorum primum esaie prophete qui dicit pro
geniem eius quis enarrabit Nam & iohannes euangelista dicit In principio erat
uerbum & uerbum erat apud dm̄ & ds̄ erat uerbum Numquid uerbum dī creari
potest si uerbum & cui est ipsum uerbum Nam & de spū scō paulus apostolus
dicit nemo uidit quæ sunt in dō nisi sps̄ dī & iam qui scrutatur altitudines dī
Quis ergo hic est sps̄ qui cognoscit quæ sunt in dō non apud dm̄ cum scriptum sit
in esaia quis cognouit sensum dn̄i aut quis consiliarius eius fuit Si sps̄ dī cre
atus & ipse ergo aliquando sine spū cum quando scriptum est In apostolo paulo
Nos non accipimus spm̄ huius mundi sed spm̄ eius qui ex dō est Et iterum di
cit qui estis epistola xp̄i scripta non atramento sed spū dī uiui Et iterū dicit
dn̄s sps̄ est ubi autem sps̄ dn̄i ibi libertas ibi ds̄ Ad hæc agrippinus cessauit
Germinius dixit Uidete quem ammodum blasphemat qui spm̄ scm̄ dm̄ dicit
Cum scriptum sit quia nemo potest dicere dn̄m ihm̄ nisi in spū scō nam & dauid
dicit Dicit dn̄s dn̄o meo sede ad dexteram meam donec ponam inimicos tuos
scabillum pedum tuor̄ Heraclianus dixit Iam paulo ante dixi quia uolun
tate non necessitate Nam & de filio dī scriptum est Ego uado ad dm̄ meum & ad
dm̄ uestrum & ad patrem meum & ad patrem uestrum Et alio in loco dicit con
fiteor te dn̄e pater cæli & terræ Ergo adeo non est dn̄s & ds̄ filius dī qui a patrem
dn̄m & dm̄ dixit Cum hec ergo scripta sunt non erubescitis dn̄m & dm̄ dicere
quid ergo puderat te spm̄ scm̄ dm̄ dicere cum scriptum sit ds̄ sps̄ est quod dī sps̄
substantia in quo si blasphemauerit homo non illi dimittetur neque
hic neque in futuro tolerabilius erit sodome & gomorræ quam his qui pec
cant in spū scō Nam & quod ex ds̄ sit sps̄ scs̄ petrus apostolus dixit
dicens ad ananiam & sapphiram uxorem eius qui fraudauerunt de precio agri
quem uenundauerunt Tunc dixit beatus petrus ad ananiam quis tibi per
suasit mentiri spū scō non es mentitus homini sed dō & statim ruit in terrā
& mortuus est Germinius dixit Quomodo sps̄ scs̄ ds̄ est cum scriptum sit
in hieremie hic ds̄ noster & non estimabitur alius præter eum hic adinue

nit omnem uiam disciplinę & dedit eam pueo rosuo iacob & israel dilecto suo.
Post hæc inter risus fuit & cõm hominibus conuersatus est heracliano dixit
Perigno rantiam benelocutus es quia uero illum dm̃ prophetauerunt dm̃ inter
homines conuersatum fuisse Nam utiscias quia pater in filio & filius in patre
unacum spũ scõ Intellege quia præter hanc trinitatem alius dis non timendus
colendus acueneranduſ Germinius dixit. Ergo frater est xpis paraclito
spiritui scõ heracliano dixit Non sic credimus. sicut enim unus pater. unus
& filius & spis scs. unus uigor Nam & tres unum sunt Germinius dixit.
Unde probas heracliano dixit Per apostolum paulum. Germinius dixit.
Ubi scriptum est heracliano dixit. Ad ephesios Germinius dixit Lege
heracliano Unum corpus & unus spis sicut & uocati estis in una spe uocationis
uestre. unus dns. una fides. unum baptisma. unus dis pater omnium qui super
omnes & in omnibus nobis Germinius dixit heracliane quomodo disponis
de fide. heracliano dixit Nam cum radius & sole porrigitur portio hæc
summa est. sed solet in radio quia solis est radius nec separatur substantia sed &
tenditur. ut lumen de lumine attensum. manet integra indefecta materia
& si plures indõ radios qualitate sua mutabiles. ita & quod de dõ profectum est
dis est & di filius & unum ambo Ita de spũ scõ & de dõ modõ lo gradum non
statum fecit non discessit sed excessit. Ipse igitur di filius ut retro semp
predicabatur de lapsus in uirginem quandam & in utero eius caro figuratus nunciatur
homo dõ mixtus caro spũ structa nascitur adolescit affatur docet operatur
& xpis est. Hæc mea fides est. cum hæc dixisset heracliano repletus est ira
& indignatione germinius & uociferare coepit & dicere. hereticus est. Quia
patrem & filium & spm scm̃ totum dm̃ dicit homousianus est. Nolite ei fidem
habere. & rogabat populum dicens ut quicumq. obuiar & ei seruus uel ancil
la di. exsuflent eum quia iam mortuus est. & iure iurando iurabat ut eum
exilio deportar &. heracliano dixit. Dis qui liberauit israhel de manu
regis amorreorum & regis basan & paulum de manu samaritanorum. Ipse

atque ergo

ergo

ergo

deinde

ergo

me liberabit & de manibus tuis. At ubi haec dixit omnes presbiteri
& diacones eius dixerunt. Non exeat hinc nisi fecerit anathema episcopos
quos nominauit quorum se dixit fidem habere. Hoc enim dictum est ad
heracliarum & firmianum cum omnibus fratribus sed illi hoc non feceru
Germinius dixit. non est scriptum. & sic eos dimiseru
& cum illos dimisissent sic pars sociorum ipsorum clamabat. Consulari of
ferantur & occidantur quia seditionem fecerunt & de uno populo duos feceru
& cogebant eos ut subscriberent in fide hereticorum. & congeminabant uocib
dicentes. consulari offerantur & occidantur. Tunc germinius dixit.
Nolite fratres nesciunt quid dicunt. si episcopis persuasum fuerit quanto
magis istis. & alii cogebant eos ut humiliarent se sub manibus eius. & ill
sic fecerunt. & euaserunt de manibus eorum usq. in hodiernum diem.

G.H. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

restauriert April 1971, R. Kr.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg



restauriert April 1971, R. Kr.